quā deus non fecisset si homo perstitisset.
Posset etiā dici ꝙ de illo modo productio
nis nō potest argui veritas incarnatiōis.
quia deus possz producere hominē de mu
liere absqꝫ viro qui tn̄ non esset deus. Ad
aliud ꝰo quod sequebat̄ in prefata ratiōe
ꝙ incarnatio facit ad perfectionē hominis
quantū ad illud quod respicit gratiam. ex
quo xp̄s est caput ecclesie ſm humanā na
turam. Respōdet̄ ꝙ duplex est ꝓprietas ca
pitis. Una que attendit̄ ſm cōformitatez
ad membra. Alia que attendit̄ ſm gra/
tuitam donorū influentiā. Ratione prime
ꝓprietatis xp̄s est caput ecclesie inquātum
homo. Ratione ꝰo secūde caput est inquā
tum deus. Et hac ratiōe principaliter te/
net rationē capitis. Ideo esto ꝙ incarna/
tus nō esset adhuc ecclesia capite nō care/
ret. quia sicut ecclesia angeloruz habet ca/
put deum. ita ecclesia hominū. quare non
sequit̄ ꝙ corpus ecclesie esset acephalum.
q̄uis non haberet caput ſm omnem pro/
prietatez. De illo ꝰo ꝙ dicitur ꝙ incarna/
tio facit ad perfectionē hominis quantuz
ad gloriā. Respōdetur ꝙ illa non est ratio
precipua incarnatiōis: sed annexa princi/
pali. pro eo ꝙ si nunq̄ꝫ deus incarnatꝰ essz
homo glorificatiōe corporis sui et visione
dei perfecte ⁊ totaliter beatus esset. Uisio
enim xp̄i corporalis spectat non ad essen/
tialem complectionē beatitudinis: sed ad
quoddā accidentale gaudiū. Nam gloria
corporis ⁊ sensuū exteriorū erit per redun/
dantiā delectatōis venientis ab anima ex
visione dei. vt dicit Augꝰ. in epistola ad
Dioscorum. Unde multū derogare vide
tur summo bono qui dicit ipsum nō suffi/
cere absqꝫ bono creato sibi adiūcto ad ho/
minem perfecte beatificandū. ¶ Secun/
da ratio soluitur. quia illa idoneitas ⁊ cō/
gruitas data humane nature ad incarna/
tionē attendit̄ ex parte reparabilitatis ho
minis principaliter. q̄uis ratione dignita
tis et aliarū cōditionū aliquo modo atten

datur. Ideo sicut hō nō fuisset reparatus
si non cecidisset ꝗ̄uis esset reparabilis sic
deitati: nō esset vnitus ꝗ̄uis esset vnibil'
Nec tñ frustra fuisset illa potētia. q2 mul/
te sunt potentie ⁊ idoneitates que ad actū
nō reducunt᷑. ⁊ tñ frustra nō sunt: q2 digni/
tati ⁊ nobilitati nature attestant᷑. Nec di/
cit᷑ potētia frustra si nō reducit᷑ ad actum
sed tūc frustra est cū ad actū nō reducit᷑. et
tñ ad actū exigit eaȝ reduci tp̄us ⁊ locus.
¶ Secūda ratio friuola censet᷑ ex eo ꝙ d̄s
sufficient᷑ manifestauit suā potentiā sapiē
tiam ⁊ bonitatē ꝑ opus creationis rerū di
stinctionis ⁊ ornatus. licet istam manife/
stauerit in opē incarnatōis dū ꝓpter hoīs
lapsū decuit xp̄ȝ carnē assumere. ¶ Quar
ta adhuc ratio inficit᷑. q2 licet ꝑ xp̄m incar
natū sit exaltata humana natura. nō tñ se
quit᷑ ꝙ homo ex h̄ reportet cōmodū d̄ ma
licia sua: q2 incarnatio nō fuit ex malicia
hoīs: sed ex sūma benignitate ⁊ sapientia
dei. Quia em̄ sapientia dei vincit maliciā
Hinc est ꝙ nō patit᷑ esse malū aliquod de
q̊ nō eliceat bonū ⁊ etiā maius bonū. Ali/
oq̄n non ꝑfecte maliciā vinceret. Propter
ea ꝯtra p̄uaricationē Ade q̄ totū gen⁹ hu
manū interfecit statuit rectitudinē secūdi
Ade: q̄ ꝓ toto generi hūano posset satisfa/
cere. Et cui⁹ obediētia mlto plus sibi pla
ceret ꝗ̄ in obedientia Ade potuit sibi dis
plicere. Quare filiū dei incarnari nō fecit
nostra malicia: sȝ dei charitas nimia ⁊ mi
sericordia. ¶ Quinta rō nihil ꝯcludit. q̊/
niā nō eodē modo se hn̄t meritū vite eter
ne ⁊ satisfactio ꝓ offensa. Nā ad meritum
vite sufficit cōplacentia ex ꝑte merent̄. ad
hanc aūt cōplacentiā sufficit gratia diui/
na. Et q2 gratiā diuinā poterat homo ha
bere ꝑ missioneȝ spūssancti ⁊ filij in mente
absq̄ filij missione in carnem. Hinc est ꝙ
ad ꝑfectionē meriti vite eterne nō oportu/
it incarnationē interuenire. Ad satisfaci/
enduȝ aūt non solū requirit᷑ ꝙ satisfactio
placeat: sed ꝙ damnū recōpensare valeat
⁊ honorē deo sublatū restituat. Et ideo nō
tanta fuit necessitas incarnationis ꝓpter
necessitatē merendi sic̄ ꝓpter necessitatē sa
tisfaciendi. Et ꝙ istud sit verū patȝ in an/
gelis quoꝝ natura nō est vnita v̄bo. ⁊ ta/
mē meruerūt vitā eternā. Insup esto ꝙ tā
te difficultatis sit mereri vitā eternā sic̄ sa
tisfacere ꝓ offensa. nō tñ oportet ꝙ ꝓpter h̄
necessaria sit incarnatio xp̄i. ꝓ eo ꝙ spūsā
ctus ip̄e q̄ ꝑ charitatē mouet aīam dignā
eā facit glīa sempiterna. Sed ad satisfaci
endū necessaria est incarnatio. q2 vt aiunt
oēs theologi. Cōgruētissim⁹ modus satis
faciendi fuit ꝑ mortē ⁊ passionē xp̄i. sicut
cōgruentissimus ē ad merendū ꝑ charita
tē ⁊ dilectionē. ¶ Sexta rō ad h̄ nō potest
militare. q2 matrimoniū duplicē habet si
gnificationē. significat em̄ cōiūctionē dei
ad ecclīam ſm charitatē. Et significat eti
am ꝯiūctionē naturarū in ꝑsone vnitate.
dictāq̄ satisfactōeȝ hȝ ſm statū nature la
pse. primaȝ v̄o habuisset si stetisset homo.
Et ideo nō esset falsum signū. sicut em̄ ma
trimoniū nūc est in officiū ⁊ in remedium
tunc aūt solū in officium. sic modo hȝ du/
plex significatū: tūc v̄o vnū. ¶ Septima i
sup rō nō admittit᷑ nec acceptat᷑. qm̄ deus
ab eterno p̄sciuit lapsuȝ humani gn̄is q̊d
tñ fecit q2 se reꝑaturū cognouit. Et iō p̄n/
cipali⁹ in intētione fuit reꝑatio lapsi: ꝗ̄ cō
ditio eius ad lapsū possibilis. Et ꝓpterea
nō sequit᷑ ꝙ aīa xp̄i facta sit q̄dā occasione
⁊ nō p̄ncipali intentōne. H̄ em̄ teneret si de
us in ꝯditōe gn̄is humani nō p̄cognouis/
set hoīs lapsū. Ex q̄b9 oīb9 q̄ tenēt ꝙ nō fu
isset incarnatus xp̄s si nō peccasset Adaȝ
asserūt ꝙ opinio ista eoꝝ magis deū hono
rat ꝗ̄ prima q̄ deū intra ꝑfectionē vniuer
si includit. H̄ v̄o sup̄ oēm ordinē vniuersi
ponit illū. De quo vide bonauen̄. in. ij. di.
xv. q. iiij. in lr̄a. Insup fortificat᷑ eorū sen/
tentia tali ratōne. Si deus assumpsit hu
manā naturā: aut hoc fuit ꝓpter humanā
dignitatē: aut ꝓpter necessitatē. Si ꝓpter
dignitatē cum angelica natura sit digni/
or ꝗ̄ humana: magis debuit assumpsisse
angelicā. Si ꝓpter necessitatē ⁊ necessitas
indigentie non sit nisi ꝓpter pctm̄. ḡ videt᷑
ꝙ precipua ratio incarnatōnis fuit redē/
ptio humani generis lapsi. Accedit ad h̄
ad firmiorē cōfirmationē ꝙ omnes docto
res famosi celeberrimi ita exp̄sse tenent et
loquūt᷑. Vñ sup illo v̄bo Math. xviij. ca.
Venit fili⁹ hoīs querere ⁊ saluū facere q̊d
ꝑierat. Aug⁹. in li. de verbis aplī sic dicit
Si homo nō peccasset: filius hominis nō

venisset. Et iterū sup illo dicto Apl'i .i. ad
Thimo. i. ca. Xpus Jesus venit in hunc
mundū saluos facere pctōres. Aug⁹. ait.
Nulla causa fuit veniēdi xpo dn̄o: nisi pec
catores saluos facere. Tolle morbos tolle
vulnera: et nulla erit causa medicine. Et
sup illo verbo Math. i. Ipse em̄ saluū fa
ciet pp̄l'm suū a pctīs eorū. Aug⁹. refert. Si
hō non peccasset virgo non peperisset. Et
idem sup isto verbo Psal'. Infixus sum in
limo pfundi. vtinā maneret hō in eo qd
deus fecit. Si maneret in eo qd deus fe-
cit nō in limo infixus eēt quē deus genuit
Et iterū Aug⁹. sup illo verbo Joh. xi. ca.
Dn̄e ecce quem amas infirmat'. Si pctō
res dn̄s nō amaret ad terrā de celo nō de-
scēdisset. Et ad idem est dictum Greg. in
hymno. Exultet iā angelica. vbi ait. Ni-
hil em̄ nobis nasci pfuit: nisi redimi pfuis
set. Et Leo pa. in s̄mone de natiuitate in
quit. Si hō ad imaginē et similitudinē fa
ctus in suo honore mansisset: creator mun
di creatura nō fieret nec sempitern⁹ tem-
poralitatē subiret. aut equalis deo p̄ri dei
filius formā serui assumeret. Et ne vlteri⁹
defatigent' animi auditorū cū vtraq opi-
nio stare possit. Ego dico q si nō peccasset
hō: qd fuisset nobis reuelatū nō est. Suf-
ficere nobis debz q xp̄s fact⁹ est hō vt pec
catū generis humani deleret. hic dirigen-
da est ꝯtemplātio nr̄a hoc pie ad mētē re-
uocādū. Consideremꝰ ergo quāta fuit ad
mirāda charitas dei p̄ris: q̄ ꝓprio filio suo
nō pepercit: sz pro nobis oīb; tradidit il
lum. De hoc sic scribit' Joh. iij. Sic deus
dilexit mundū vt filiū suum vnigenitū da
ret vt oīs q credit in illū nō pereat: sz ha
beat vitā eternā. Quod Hiero. admirās
in epl'a ad Damasum pa. inqt. Que ma-
ior pōt esse clemētia q̄ vt dei filius: filius
hoīs putaret'. decē mensiū fastidia sustine-
ret. part⁹ expectaret aduētū. per singulas
adoleret etates. et post ꝯtumelias vocum
alapas et flagella crucisq pro nobis fieret
maledictū: vt nos a maledicto legis absol
ueret. Et Greg⁹. reclamādo sic patrē eter-
num alloquit'. O inextimabilis dilectio
charitatis: vt seruū redimeres filiū tradi
disti. Et merito quilibz in stuporē verti de
bet cū audit deū carne vestitū passibili. et
humiliatū vsq ad formā serui. nō ꝓpt' suā
sed ꝓpter nostrā indigētiā: vt nobis pereū-
tibus ferret opem.

¶ Qr tempus incarnatiōis xp̄i merito di-
cit' tp̄s plenitudinis respectu dei. respectu
angeli. et respectu hominis. Ca. II.

SEcundū mysteriū de-
clarandū de incarnatiōe xp̄i di
cit' tarditatis. In quo fideliter
ꝯfitemur xp̄m rōnabiliter distu
lisse tp̄us incarnatiōis vsq ad sextā etatē
mūdi. Quare aūt nō ante voluerit incar-
nari dixi in quodā sermone de annūciatio
ne virginis. q̄ licet alibi sit notat⁹. tū pro
huius operis pfectiōe etiā in hoc libro scri
bit'. Nunc vo aperiēdū est cur tp̄s illud
quo deus hō fact⁹ est ab Apl'o tp̄us pleni
tudinis appellat'. Et ad hoc respōdet dn̄s
Bonauen. in. iij. di. i. in declaratiōe littere
q sic dicit'. ¶ Primo respectu dei. qr in in-
carnatiōe est facta plena participatio di-
uinitatis. Vn̄ ad Colocē. ij. ca. dicit apl's.
In xp̄o habitat oīs plenitudo diuinita-
tis corporalit'. ¶ Scd̄o dicit' tp̄s plenitudi
nis respectu angeli. qa per xp̄m reparata
est angelorū ruina. Ideo Dauid in psal'.
cix. ait. Judicabit in natiōibus implebit
ruinas. ¶ Tertio dicit' tp̄us plenitudinis
respectu hoīs. tū qr plene a culpa liberat'.
tū qr plene est de veritate necessaria edo-
ctus. tū qr plena grā diffusa est in credētes
Vnde dicit' Joh. i. ca. q Johānes bapti-
sta testimoniū phibēs de xp̄o ait De ple-
nitudine eius accepimꝰ oēs et gratiam
pro grā. qr lex per Moysen data est. grā et
veritas per Jesum xp̄m facta est.

¶ Qualiter accipiēdū sit medium tempo
ris in quo xp̄s incarnatus est. Ca. III.

TErciū mysteriū decla
randū de incarnatōne xp̄i dicit'
tpalitat'. Et in h̄ inuestigandū
est. An xp̄s incarnat⁹ sit in me-
dio tp̄is. Et quidā arbitrant' q sic ꝓpt' ver
ba Abacuc ꝓphete dicentis. c. iij. Dn̄e au-
diui auditionē tuā et timui. Dn̄e opus tu-
um in medio annorū viuifica illud. In me
dio annorū notū facies. Cū iratus fueris
misericordie recordaberis. Que vba vt dr
in argumento Abacuc intelligunt' d xp̄o.

Ex quibus id videt̃ affirmari q̄ deus hō factus est in medio tp̄is. At ⁊ alij ɔtrariū sentiūt tenentes q̄ xp̄s in vltimis tp̄ibus visibilit̃ de⁹ ⁊ homo mundo apparuit. Nā Aug⁹. sup. iiij. c. Joh. inquit/de christo. Jt ipius est caro p̄ nobis assumpta. Qui em̄ vbiq̄ est quo it: nisi q̄ ad nos non veniret si formā visibilis carnis nō assumeret. Jō fatigatus erit ab itinere. Quid est aliud q̄ fatigatus i carne. Quare ergo hora sexta. q̄ etate seculi sexta. Computa tanq̄ vnā horam. Unam etatē ab adā vsq̄ ad Noe. Secundā a Noe vsq̄ ad Abrahaz. Terciam ab Abraham vsq̄ ad Dauid Quartam a dauid vsq̄ ad transmigratiōnē babylonis. Quintā vsq̄ ad baptismū Johānis. Sextā vsq̄ ad cōsummationez seculi. hec ille. Constat aūt q̄ sexta etas in qua xp̄s venit nō est in medio tp̄is cuz sit vltima. ergo magna restat in hoc pplexitas. quā ammouendam puto ne in dubio animus in cōtemptū cadat scripturaruz sctāx. Et ꝑpterea dicere possumus q̄ mediū sumit̃ dupliciter. scꝫ stricte ⁊ punctaliter. p̄ eo tp̄e q̄ equaliter distat ab extremis scꝫ principio ⁊ fine tp̄is. Et accipit̃ large p̄ eo scꝫ qḋ est inter illa extrema verba. ita q̄ Abacuc mediū tēporis designāt. Hoc modo scḋo q̄ si stricte vellemus intelligere tūc nobis esset certitudinaliter cognita hora iudicij qḋ in fine tp̄oꝝ ⁊ cōsūmatiōe seculi fiet ɔtra id qḋ saluator noster dixit. Marci. xiij. ⁊ Math. xxiiij. c. De die aūt illa ⁊ hora nemo scit. Ob qḋ Aug⁹ li. xviij. ḋ ciui. dei dicit. Frustra annos q̄ remanēt huic seculo cōputare ac diffinire conamur cū h̄ nō esse nostrū ex ore veritatis audiuimus. Sufficiat igr̃ nobis agnoscere q̄ incarnatus ē xp̄s int̃ principiū ⁊ finē temporis. qḋ est mediū valde latū non aūt in extremitatibꝰ i principio scꝫ ⁊ in fine. De annis ꝟo q̄ fluxerūt a principio mundi vsq̄ ad incarnationē xp̄i varia ē opinio. Nam sm̄ Bedā fuerūt anni q̄nq̄ milia centuz nonaginta nouē. Alij ꝟo cōputāt annos tria milia nōgētos sexaginta. Nō tn̄ ꝑpter h̄ cuiq̄ durū videri debet. cū difficilimuz credā puncta licere posse seruari memoriā annoꝝ in rebꝰ gestis. Debemus itaq̄ nos oī curiositate deposita redēptori nr̄o gr̄as quas possumus dicere. q̄ nō expectamus amplius eū in carnē venturū qui iā venit ⁊ viam fecit oibus vt facile saluari possumus. aperuitq̄ ianuaz regni celoꝝ ad qḋ nos ip̄e pducat q̄ viuit ⁊ regnat in secula seculorum.

¶ Sermo quartus in q̄ tractat̃ de incarnatōne dn̄i nr̄i Jesu xp̄i a cui⁹ explicita fide iam nullus excluditur.

IN hoc apparuit charitas dei in nob. qm̄ filiū suū vnigenitū misit deus in mundum vt viuamus p eū. Uerba sunt Joh. prime sue cano. c. iiij. Refugit quorūdam animus deum incarnatum audire qui blasphemiam arbitrantur quod nos ad laudem creatoris nostri accedere confitemur. Tunc quidem illum benedicimus cum stabili fide credimus eum pro nobis hominem factum. Ut autē confundantur increduli ⁊ mens bonoꝝ in ip̄a veritate letet̃ in hoc sermone de incarnatione Jesu christi benedicti verba faciemus de qua locutus est Joh. in verbis in themate positis vbi tria mysteria occurrunt consideranda.

¶ Primū dicit̃ possibilitatis.

¶ Secundum necessitatis.

¶ Terciū credulitatis.

¶ Qualiter fuit possibile deum carnem assumere. Ca. I.

PRimū mysteriū considerandū dicitur possibilitatis in quo ostendemus q̄ deum incarnari fuit possibile. Et h̄ sm̄ Tho. iij. parte. q. i. triplici ratōne.

¶ Primo rōne omipotētie.

¶ Secūdo rōne excedentie.

¶ Tercio rōne cōuenientie.

¶ Primo ostenditur impossibilitas incarnationis rōe oipotētie. Nam cum deus sit omnipotens potest omne illud quod nec contradictionem includit nec aliquez defectum in deo ponit. iuxta verbum angeli ad virginem beatissimam Luc. i. dicentis. Non erit impossibile apud deum omne verbum. Sed deū humanā naturā assumere nec contradictionē includit. nec

aliquē defectū in deo ponit. qđ pȝ. qꝛ dīna
natura vniri humane in vnitatē ꝑsone nō
est aliud q̄ȝ diuinā ꝑsonā q̄ ab eterno fuit
hypostasis respectu diuine nature in tpe.
Ħ aūt nō dicit aliquā imꝑfectionē: ſȝ poti⁹
dignitatē ⁊ nobilitatē. Sicut em̄ cū de⁹
sit bonus a beterno in nullo fit derogatio
bonitati sue dū est causa bonitatis creatu
re in tpe. q̄ȝuis bonitas creata longe sit in
ferioꝛ bonitate increata. Si cū ꝑsona filij
dei sit hypostasis intelligibilis intellectu/
alis ⁊ spūalis ⁊ increata ab eterno. in nul
lo d'rogat ei si fit hypostasis rōnalis natu
re create in tpe. Et quēadmoduȝ deus de
nō creante fit creans in actu absq̄ȝ aliqua
sui mutatōne: ſȝ solū facta mutatōe ex ꝑte
nature create. Sic ꝑsona filij dei q̄ nō erat
hypostasis humāe nature i actu absq̄ȝ ali
q̄ sui mutatōne vel inouatōne facta est hy
postasis ipi⁹ sola mutatōne facta ex ꝑte as
sumpte nature. Hinc leo papa in sermōe
ait. In vtraq̄ȝ ei⁹ natura idē est dei filius.
nostra suscipiēs ⁊ ꝓpria nō amittēs. in ho
mine hoieȝ renouās in se incōmutabilis ꝑ
seuerās. Deitas em̄ q̄ illi cū p̄re cōis ē nul
lū detrimētū oipotentie subijt. nec dei for/
mā serui forma violauit. qꝛ sūma ⁊ sempi
terna essentia q̄ se ad humani gn̄is inclia/
uit salutē. Nos q̄dē in suā gl'iam transtu/
lit: ſȝ qđ erat esse nō desijt. Secūdo ostēdi
tur possibilitas incarnatōnis rōne excedē
tie. vt em̄ inq̄t Hylarius. Plura pōt deus
facere q̄ȝ intellect⁹ intelligere. Sed hō pōt
rōnabil'r dicere ⁊ intelligere deū incarna/
tū. Tū ꝓpter sue potentie sapientie ⁊ boni
tatis eminentē manifestatiōeȝ que facta ē
in humani generis assumptōne. Tuȝ ꝓpt
opeꝝ diuinoꝝ excellentē ꝯsūmationē q̄ fa
cta est cū vltimū cōiūctū est primo. Tum
ꝓpter pcti satisfactionē. ¶ Tercio ostendit'
possibilitas incarnatōis rōne incōuenien
tie. Nā coꝝ est facilis vnio q̄ ad inuicē sil'i
tudinē hn̄t. Sed hō creatus est ad imagi
nē ⁊ sil'itudinē dei. ḡ sibi vniri potuit hūa
na natura in vnitatem ꝑsone. Sed ex ista
ratione tria posset q̄s querere. An huma/
na natura sit magis assumptibilis a filio
dei q̄ȝ quelibet alia natura. Et posset ali/
q̄s arguendo ꝓbare ꝙ nō. maxie ex duob⁊
Primo qꝛ Aug⁹ in ep'la ad Volusianum

inquit. In reb⁊ mirabil'r factis tota ratio
facti est potētia facientis. Sed potētia di
faciētis incarnationē q̄ est opus maxime
mirabile nō limitat' ad vnā naturā cū po
tētia dei sit infinita. ergo natura humana
nō est magis assūptibilis a deo q̄ȝ aliqua
alia creatura. Secundo sil'itudo est ratio
faciēs ad incarnatōnis ꝯgruitatē. ſȝ in na
tura angelica inuenit' expssioꝛ sil'itudo di
q̄ȝ i humana. vt dicit Greg⁹. xxxvij. li. mo
ral'. et in omel'. de centū ouib⁊. ḡ natura an
gelica magȝ erat vnibilis q̄ȝ humana. Ad
ħ plene intelligendū dicit Tho. in. iij. ꝑte
q. iiij. Qđ aliq̄d assumptibile d'r q̄si aptuȝ
sumi a diuina ꝑsona que q̄dem aptitudo
nō pōt intelligi ſm potentiā passiuā natu
ralē que nō se extēdit ad illud qđ transcē/
dit vnio ꝑsonalis creature ad deū. Unde
relinquit' ꝙ assumptibile dicat' aliq̄d ſm
ꝯgruentiā ad vnionē p̄dictā que attendi
tur ſm duo i humana natura. ſcȝ ſm e⁹ di
gnitatē ⁊ ſm eius necessitateȝ. Scđm di/
gnitatē qꝛ humana natura inq̄ȝtū est rati
onalis ⁊ intellectualis: nata est attingere
aliqual'r ipm ꝟbū ꝑ suā oꝑatōneȝ cogno/
scendo ⁊ amando ipm. Scđm necessita/
tē aūt qꝛ indigebat reꝑatōne cū subiacer̄
originali pctō. Hec duo autē soli huma
ne nature ꝯueniūt. nā creature irrōnali d'/
est dignitas. angelice ꝟo necessitas. Tuȝ
ergo dicim⁹ ꝙ creatura irrōnalis nō est as
sūptibilis. nō ita dicimus ꝙ subtraham⁹
aliq̄d diuine potētie: ſȝ ad ostendendū cō/
ditionē creature que ad ħ aptitudinē nō
habet. de angelo ꝟo iam dictum est ꝙ non
erat in eo necessitas ꝓpter peccati angelici
irremissibilitatem.

¶ Qđ q̄nq̄ȝ rōnib⁊ p̄cipuis fuit necessari
um ex ꝑte hois xp̄m incarnari.

Capitulum secundū.

SEcundū mysteriū con
siderandū de incarnatōe xp̄i di
cit' necessitatis. Ubi querit' an
fuit necessariū xp̄m incarnari. Et ad ħ di
cit sctūs Tho. iij. ꝑte. q. i. ꝙ necessitas ista
refert' ad hoiem ꝑ xp̄m incarnatū redimē
dū. Et ſȝ ħ necessariū d'r dupl'r. Uno mō
sine q̄ nō potest q̄s ꝯsequi finē. vt cib⁹ ne
cessarius est ad vite sustentationem. Alio

mō per qđ melius ꝑuenit̄ in finē. vt equus est necessari⁹ etiā homi sano: vt meli⁹ iter ꝑficiat. Non fuit necessariū ꝑmo mō xp̄m incarnari q᷑ deus cuius sapiētie nō est numerus. nec est finis potētie ⁊ ꝟtutis eius. potuisset sua volūtate ⁊ autoritate homī lapso succurrere. Fuit tn̄ scđo mō necessariū. q᷑ per xp̄m incarnatū hō meli⁹ pōt in finē suū ꝑuenire. Et hoc multiplici rōne.

¶ Prima dicitur fidei roboratio.
¶ Secunda spei subleuatio.
¶ Tertia charitatis inflāmatio
¶ Quarta vite exemplatio.
¶ Quinta hominis instructio.

¶ Prima rō dicit̄ fidei roboratio. magis quidē robora t̄ hō in fide: ex eo ꝙ ipi deo incarnato loquenti de mysterijs inuisibilibꝫ credit. Vn̄ Aug⁹. li. ix. de ciui. dei. Vt hō inquit fidētius ambularet ad veritatem ipsa veritas dei fili⁹ hoīe assumpto cōstituit atqꝫ fundauit fidē. ¶ Notādū h̄ ꝓpt illud ꝟbū hoīe assumpto ꝙ Ephesina sinodus dicit ꝙ ꝑsona nō assumpsit hoīem Ex quo san. Tho. iij. ꝑte. q. viij. ait. ꝙ locutiones doctoꝝ q̄ dicūt xp̄m assumpsisse hominē nō sunt extendēde tanq̄ ꝓprie: sꝫ pie sūt exponēde. vt dicam⁹ hoīem assumptū q᷑ eius natura est assumpta. Et q᷑ assumptio terminata est ad hoc ꝙ fili⁹ dei sit hō ¶ Scđa rō q̄re melius hō saluat̄ ꝑ xp̄m incarnatū dicit̄ spei subleuatio. Subleuatur q̄ppe spes nr̄a vt futurā beatitudinē expectem⁹ dū xp̄s in sua incarnatiōe nob̄ ōndit quāta est erga nos dilectio dei p̄ris. Hinc Aug⁹. li. xiij. de tri. inq̄t. Nihil tam necessariū fuit ad erigendū spem nr̄am q̄ꝫ vt demonstraret̄ nob̄ quātū diligeret nos deus. Quid ꝟo hui⁹ rei isto iudicio manifestius q̄ꝫ ꝙ dei fili⁹ nr̄e nature dignat⁹ est inire ꝯsortiū. ¶ Tertia rō dr̄ charitat̄ inflāmatio. Quis nā tā durus: tā inhumanus: tā ferreus sit q̄ deū nō diligat. a quo tātū se diligi ꝯspicit vt non nisi amore dignet̄ assumere formā serui. Ideo Aug⁹. li. de cathetizandis rudibus ait. Que maior causa est aduēt⁹ dn̄i: nisi vt ōnderet deus dilectionē suam in nobis. Et infra subdit. Si amare pigebat saltē reamare nō pigeat. ¶ Quarta rō dr̄ vite exemplatio. Habēt nāqꝫ hoīes xp̄m exēplar om̄is ꝟtutis et bone beateqꝫ vite. Et iō Aug⁹. in quodā ꝯmone de natiuitate dicit. Hō nō erat sequēdus q̄ videri poterat. De⁹ sequēdus erat qui videri nō poterat. vt ḡ exhiberet̄ homī ⁊ q̄ ab hoīe videret̄ ⁊ quē hō sequeret̄ deus fact⁹ est hō. ¶ Quinta rō dr̄ hoīs instructio. Instruit̄ em̄ vnusq̄sqꝫ vt intelligat quāta sit hoīs dignitas. ne illā coinquinet peccādo. Propterea Aug⁹. lib. de vera religione inq̄t. Demonstrauit nobis deus q̄ꝫ excelsum locum inter creaturas habeat humana natura in hoc ꝙ hoībꝫ in vero hoīe apparuit. Et Leo pa. in ꝯmone đ natiuitate sic sequit̄. Agnosce o christiane dignitatē tuā ⁊ diuine cōsors fact⁹ nature noli in veterē vilitatē de graui ꝯuersatiōe redire. Nō valet ḡ quispiā recte se de cetero excusare. si ad paradisi delicias non festinet. cū tot ac tanta ꝑconia de vite eterne immarcessibili gl'ia vndiqꝫ sonāt.

¶ Qꝫ tp̄e isto om̄es obligant̄ credere explicite mysteriū xp̄i incarnati. Ca. III.

Tertiū mysteriū cōside randū de incarnatiōe xp̄i dicit̄ credulitatis. In quo videndū est. An credere mysteriū xp̄i sit de necessitate apud om̄es. Et ad hoc dicit san. Tho. ij. ij. q. ij. Qꝫ via hoīs veniendi ad iusticiā est mysteriū incarnatōis ⁊ passionis xp̄i. Dicit̄ em̄ Act. iiij. Nō est aliud nomē datū hoībꝫ in quo oporteat credentes saluos fieri. Et Aug⁹ in li. đ correptione ⁊ gr̄a inq̄t. Illa fides sana est q̄ credimus nullū hoīem siue maioris siue parue etatis liberari a ꝯtagione mort̄ ⁊ obligatiōe pc̄ti: nisi ꝑ vnū mediatorē dei ⁊ hoīm iesum xp̄m. Oportuit ḡ mysteriū incarnationis xp̄i aliqualit̄ om̄i tp̄e esse creditum apud oēs. diuersimode tn̄ ꝯm diuersitatē tp̄m ⁊ ꝑsonaꝝ. Nam an̄ statū pc̄ti hō habuit explicitā fidē de xp̄i incarnatione ꝯm ꝙ ordinabat̄ ad ꝯsummationē glorie. non aūt ꝯm ꝙ ordinabat̄ ad liberationē a pc̄tō per passionē ⁊ resurrectionē q᷑ hō non fuit p̄scius pc̄ti futuri. videt̄ aūt incarnatiōis xp̄i p̄scius fuisse: ex eo ꝙ dixit. ꝓpter hoc relinquet hō patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori sue. vt dr̄ Gen̄. ij. Ex hoc apl's dic̄ sacramētū magnū esse in xp̄o ⁊ in eccl'ia. qđ quidē sacramētū nō est credibile ꝑmū hoīem

ignorasse. Post pctm̃ aũt fuit explicite cre/
ditũ mysteriũ xpi nõ solũ qñtũ ad incarna/
tionẽ sz etiã qñtũ ad passionẽ 7 resurrectio/
nẽ qbꝫ hũanũ genꝰa pctõ liberat. Qualit̃
7 p̃res antiq patriarche. s. 7 pphete pfigu/
rarũt christi passionem qbusdam sacrifi/
cijs 7 añ legẽ 7 sub lege: quoꝝ quidẽ sacri/
ficioꝝ significatũ explicite maiores cogno/
scebant: minores aũt sub velamine illorũ
sacrificioꝝ credẽtes ea diuinitus eẽ dispo/
sita. q̃si de xpo vẽturo habebant fidẽ vela/
tã. Post tpus aũt grẽ reuelate tã maiores
q̃z minores tenent hr̃e fidẽ explicitã d mys/
terijs xpi pcipue qñtũ ad ea q cõiter in ec/
clesia solennizant 7 pponunt. Sed contra
ista posset qs obijcere. Primo q2 nullus te/
net credere qd nõ cognoscit. Sz hoies nõ
cognoscũt mysteriũ incarnatõis. q2 Johs
baptista videtur illud ignorasse cũ exñs ĩ
carcere misit ad xpm discipłos dicẽs. Tu
es q vẽturus es an aliũ expectamꝰ Scdo
quia diony. dixit in li. de celesti hierarchia
Multi gẽtiliũ salutẽ adepti sũt p mysteriũ angeloꝝ. 7 tñ isti nõ habuerũt de xpo
fidẽ implicitã nec explicitã. His rñdetur
ad pmum q Johs nõ ignorauit mysteria
xpi incarnati q dixerat. Joh. i. Ego vidi
7 testimonium phibui q2 hic est filius dei
Vñ nõ dicit. Tu es q venisti. sz tu es q vẽ/
turus es. qrens de futuro nõ de preterito.
Silr̃ nõ est credendũ q ignorauerit eum
ad passionẽ vẽtuꝝ. q2 dixerat. Ecce agnꝰ
dei 7c. pnũciãs eiꝰ immolatũ futurã. Põt
g dici fm Gregꝰ. q inqsiuit ignorãs an ad
infernũ in ppria psona esset descensurus.
Vel fm Ambro. nõ q̃siuit ex dubitatiõe
siue ignorãtia: sz magis ex pietate. Vel sic̃
Crisostomus dic̃. nõ q̃siuit q̃si ipe ignora/
ret: sz vt p xpm satisfieret eius discipulis.
Ad quoꝝ instructionẽ xps respõdit signa
operũ oñdens. Ad dictũ vero Diony. rñ/
det. Tho. q multis gentiliũ fuit facta re/
uelatio de xpo. vt patet de Job q dixit. xix
ca. Scio q redẽptor meus viuit. Et idem
de Sibillis. Si q tñ saluati fuerũt qbus
reuelatio non fuit facta non fuerũt saluati
absq; fide mediatoris. q2 si nõ habuerunt
fidẽ explicitã. habuerũt tñ fidẽ implicitã
diuina puidẽtia credentes deũ esse libera/
torẽ hoim fm modos sibi placitos. 7 fm
q aliqbus veritatẽ cognoscẽtibus ipse re/
uelasset. hec Tho. Quare credere mysteri/
um xpi h tpe obligant oẽs hoies mũdi cũ
nullus iã de ignorãtia nisi volũtaria excu/
sare se possit. Jpm q ppe incarnandũ p̃di/
xerũt pphete. Jncarnatũ vo post eiꝰ ascen/
sionẽ in celũ p̃dicauerũt apostoli. quoꝝ so/
nus exiuit in omnẽ terrã. Pro ipo insup
eiusq; nomis confessione tot milia viroꝝ
ac mulierũ letanter 7 libentissime marty/
riũ violentãq; mortẽ tulerũt. Fuerunt ad/
huc sapientissimi vtriusq; lingue grece. s.
7 latine eruditissimi doctores q tãta in lau/
dem xpi scripserũt vt nullus eũ iã venisse
rationabiliter dubitare possit. Ob quod
Maximꝰ in smone de martyribꝫ inquit
Nõ sine magñ discrimie religiõis veritatẽ
disputamꝰ quã tãtoꝝ saguie ↄfirmatã vi/
demus. Magni piculi res ẽ si post pphe/
tarũ oracula. post apłoꝝ testimonia. post
martyꝝ vulnera fidẽ q̃si nouellã discute/
re p̃sumas. 7 post tã manifestos duces in
errore pmaneas. hec ille. Credamus g in
xpm illũq; totis visceribus diligamus. vt
sic mereamur fieri pticipes gratie sue per
quã tandẽ ad vitã pueniamꝰ etnã. Amẽ.

¶ Sermo quintus de incarnatiõe xpi in q
cõfutant errores illoꝝ q mũdanã sapiam
sectãtes male sensere de xpo.

Fides vestra non sit
in sapia hoim: sz in vtute dei
Doctoris gẽtiũ vba sũt ista
originaliter. i. ad Chor. c. ij.
Propter vanã curiositatẽ hoim q se inge/
nio ac proprijs sensibꝫ archana dei cõphẽde/
re putãt. exorte sunt opiniones multe fal/
se qdẽ 7 oĩno spernẽde. Hic siqdem mos
ẽ supboꝝ vt d seipis p̃sumẽtes cũ dei mag/
lia vtute ppria nõ possint attigere ĩ erroꝝ
foueas dilabant. Cũ g audiũt ĩ incarnati/
one Jesu xpi factã vnionẽ naturaꝝ in pso/
na diuĩa. Et q vnꝰ idẽ q erat ab etno ds
ipe ex tpe verꝰ erat hõ statĩ a vitate disce/
dunt. Contra qs in h smone de incarna/
tione xpi dicturi erimus sub titulo de fal/
sis erroribꝫ circa xpm incarnatũ. in qbus
heretici quidã sapia mundana inflati ce/
ciderunt Nam 7 doctor gentiũ in vbis p̃/
positis admonet cũctos fideles vt reiectis

naturalib⁹ rõnibus q̄ ortū habēt ab hūa/
na sapiētia credāt simpl'r ⁊ pure his q̄ no
bis ꝟtns diuina reuelauit. Ob qđ euita/
re debem⁹ tres errores principales.
Prim⁹ error est circa verbū eternale.
Secūdus circa animā rõnalem.
Tercius circa naturā corporalem.
¶ De trib⁹ opinionib⁹ falsis circa verbuꝫ
eťnale q̄s heretici maligni inuenerūt. Ca. I

PRimus error circa cri-
stū incarnatū est circa verbum
eternale in q̊ triplex opinio fal/
sa ꝯtinet ¶ Prima đr ꝓductõis
Secūda ꝯuersionis. Tercia filiatõis.
¶ Prima opinio falsa đr ꝓductõnis. Con
fitet quidē fides catholica deuꝫ ab eterno
verbū ꝓduxisse qđ ⁊ deus est. At eunomi
us hereticus dicebat verbū nõ ab eterno:
sꝫ ex tpe ꝓductū. sequēs q̄rūndā phoꝝ opi
nionē q̄ dicebāt a deo effluxisse q̄ndā mē/
tē in qua essent oīm rerū forme quā voca/
bant paternū intellectū. Et hanc auicēna
sup p̄mo de celo ⁊ mūdo dixit esse primaꝫ
intelligentiā mouentē primū celū. Sed vt
sic loquētes reprobem⁹. videndū prius est
q̇d sit verbū in diuinis. Et ad h̄ dic̄ Fran
cisc⁹ de marone in q̊dā sermone. Verbuꝫ
est scđa in trinitate ꝑsona ꝑ modū nature
⁊ intellectus ꝓducta. De h̄ aug⁹. vi. đ tri.
ait. Verbū solus fili⁹ accipit. ⁊ eo đr ꝟbum
q̄ fili⁹ Et in. xv. li. de tri. idē Aug⁹ inq̇t. Ip
sa ꝓprietas ꝑsonalis filij diuersis noib⁹ si/
gnificat. ad exp̄mendaꝫ diuersimode ꝑfe/
ctionē ei⁹ vt ōndat patri eq̄lis đr filius. vt
ostēdat p̄ri ꝑ oīa silis đr imago vt ostēda
tur imaterial'r genit⁹ dicit ꝟbū. Ad hn̄dā
aūt aliqualē noticiā istius verbi vt refert
Bonauē. in. i. di. xxvij. ꝯsiderare debem⁹
qual'r verbū repit in nobis. Nā vox signi
ficatiua in nob̄ đr ꝟbū: sꝫ tm̄ large ⁊ deno
miatiue. inq̄ꝫtū significat interiorē mētis
conceptū. sicut vrina dicit sana inq̄ꝫtū est
sanitatis indicatiua. Et iđ ꝓprie đr verbū
id qđ ꝑ vocē significat. scꝫ interior mentis
cõceptus Vn̄ arist. in. i. ꝑiermeniarū. Vo
ces inq̇t sūt note. i. signa eaꝝ q̄ sunt in aīa
passionū. Et iđ ꝯceptus mētis interior eti
aꝫ si nūq̄ꝫ ꝑ vocē designaret ꝓprie dicit ver
bū. Hinc Aug⁹. xv. de trini. ait. Quisq̄s
potest intelligere verbū nõ solū anq̄ꝫ sonet
verūetiā anq̄ꝫ sonoꝝ eius imagines cogi/
tatiõe inuoluant pōt videre aliquā illius
verbi similitudinē de quo dictū est. In p̄n
cipio erat verbū. Aduertendum tn̄ q̄ du
plex est nobis conceptus mentis interior
Unus informis ⁊ imꝑfectus. Alius for/
matus ⁊ ꝑfectus. Cuius ratio est quia co
gnitio nr̄a ꝓcedit de imꝑfecto ad ꝑfectuꝫ.
Et ideo de re primo habemus cõceptum
cõfusum ⁊ imꝑfectum. vt dicit. i. phisicoꝝ
Et talis cõceptus nõ dicit ꝓprie verbū. sꝫ
cogitatio. ꝓcedēdo aūt ꝑuenimus ad ha/
bendū conceptū rei ꝑfectum ⁊ determina
tum q̇ a philosophis vocatur diffinitio: a
sanctis aūt verbū. In deo ergo ponit ver
bum: non ad similitudinē verbi large di/
cti quod est ipsa vox significatiua vel ꝯce
ptus rei imꝑfectus. q2 in deo nihil est sen/
sibile vel imꝑfectū Et ꝓpter h̄ vox ē signi
ficatiua q̄ est sensibilis et ipsa cogitatio q̄
licet sic intelligat. cū imperfectionē impli/
cat nõ habēt ibi locū. sed ibi ponit verbū
inq̄ꝫtū importat conceptū rei perfectum.
Quia deus vnico actu intelligendi seip/
sum ⁊ oīa alia concipit perfecte. Ex q̊ pa
tet differentia verbi nostri ad verbū diui/
num. quia verbum nostrū in mente pluri
ficatur. Quot enim sunt ibi cõceptus ꝑfe
cti vel formati tot sunt ibi verba. In deo
autē est verbū vnicum. quia non est ibi ni
si vnicus conceptus ꝑfectissimus Iteruꝫ
verbū in nobis est accidēs ⁊ q̇d transiens
q2 nõ sꝑ actu intelligimus. Sed in đo idē
est q̄ substātia diuia Est etiā ꝟbū sꝑ actu
ꝑmanens ⁊ eternū. Et vt inq̇t Aug⁹. nos
frequenter cogitam⁹ q̄ nescimus. ⁊ sic ꝟbo
nr̄o cõiuncta est fallacia frequēter q̄ nolu/
mus. ⁊ tūc iūcta est displicētia q̄ non pos/
sumus. tūc iuncta est impotētia. ꝟbū autē
diuinū est verissimū placentissimū oīpotē
tissimū. Et de illius eternitate loquit Io/
hānes cū dicit in p̄ncipio sui euāgelij. In
p̄ncipio erat ꝟbū. Aug⁹. li. vi. de tri. in p̄n
ci. ait sic dictū est q̄si diceret an̄ oīa Unde
sciendū q̄ p̄ncipiū in diuis aliq̄n ē nomē
essentiale. ⁊ sic ꝯuenit toti trinitati. sic su/
mitur in capit. i. extra de sum. trinita. ⁊ fi.
ca. cū dicitur. Unum vniuersorum prin/
cipiū Aliq̄n ē nomē personale ⁊ quādoq̄

significat patrē qui est principiū sine prin
cipio. sicut sumit ab Aug. li. iiij. de tri. vbi
dic. ꝙ pater est pncipiū totiꝰ deitatis qñqꝫ
significat filiū q est pncipiū de pncipio. sic
sumit ab Aplo ad Heb. i. Et tu in pnci
pio. i. in filio terraꝫ fundasti. Qñqꝫ signifi
cat patrem et filiū: qui sunt vnū principiū
spūsscti. Qñqꝫ significat eternitatē. et sic
accipit a Johāne. In pncipio. i. ab eterno
Hinc Anastasiꝰ in suo simbolo ait. Eter
nus pr̄ eternꝰ filius eternꝰ spūsctūs. Et
Hylariꝰ in li. de tri. Inter gingnere ꝛ gin
gni nll'm cadit mediū. Mgr̄ ꝟo sentē. di.
ix. pmi li. ꝓbat ꝟbū esse eternū. Primo ex
rōne sumpta a silr̄: ꝛ est talis. Splēdoꝛ est
eiusdē duratiōis cū igne: ꝛ tñ est generatꝰ
ab igne. ergo multo fortius si cū filiꝰ sit splēdoꝛ
pr̄is: qñuis ab ipso generet erit ei coeternꝰ.
Secundo inducit mgr̄ Augustinū q ait.
Filiꝰ dei est virtꝰ ꝛ sapiētia: ergo si nō est eter
nus aliqñ fuit deus sine ꝟtute, ꝛ sine sapiē
tia: qd est impossibile. Scotꝰ ꝟo ꝛ Bona
uen. sup pfata di. dicūt ꝙ ꝓcedēs est poste
rius duratōe eo a quo ꝓcedit triplici rōne.

¶ Primo rōne limitationis potentie.
¶ Secūdo rōne modi producendi.
¶ Tertio ratione libertatis.

¶ Primo rōne limitatiōis potētie qñ pro
ducēs nō habet a principio sue duratiōis
potētiā ꝓductiuā pfectā. sicut hō a princi
pio puericie nō habet potētiam generādi
pfectā. Et ideo eius filiꝰ necessario est po
sterioꝛ eo duratiōe ¶ Secūdo rōne modi
ꝓducēdi. Qñ eñ aliqd ꝓducit per motuꝫ
qui motus est in tpe. opoꝛtet ꝙ ꝓductū sit
posterius ꝓducēte duratōe. qꝛ ꝓductū hꝫ
primo esse in illo instāti in quo terminat il
le motꝰ. ¶ Tertio rōne libertatis. Qñ ali
quid ꝓducit libere ꝛ nō de necessitate na
ture. tunc ꝓductū est posteriꝰ ꝓducēte. qa
tale agēs pōt expectare ad ꝓducendū suū
effectū. Sicut creare a deo cuiꝰ potētia est
pfectissima et sine transmutatiōe ꝛ motu.
tñ creatura nō est sibi coeterna. qꝛ ab eter
no ꝓducere noluit. Et si obstaret quis ꝙ
spūsctūs ꝓducit per modū voluntatis. et
tñ est eternꝰ. Dicit Riccar. in. i. di. x. ꝙ crea
ture emanāt a deo per modū volūtatꝫ non
ñ de necessitate: sꝫ in diuersitate substātie
Spūs autē sctūs emanat a suo pncipio p
modū volūtatꝫ de necessitate imutabilita
tis ꝛ in idēptate substātie. Redeamꝰ iam
ad verbi eternitatē ꝯcludētes ꝙ nullo mō
pōt poni in diuinis ꝙ filiꝰ sit posterioꝛ pa
tre. Primo qꝛ nulla est ibi potētia ꝓducti
ua imperfecta. potuit nanqꝫ ab eterno pa
ter generare filiū. Scdo qꝛ verbū nō ꝓce
dit per motū ꝛ mutationē. Tertio qꝛ filiꝰ
ꝓcedit a pr̄e de necessitate nature. qꝛ deus
necessario intelligit se. qre ꝛ filiꝰ pr̄i est co
eternꝰ. ¶ Secūda opinio falsa circa ꝟbuꝫ
eternale dicit ꝯuersionis. Quidā hereticꝰ
cui nomē Apollinaris tenere psumpsit ꝙ
verbū sit in carnē couersum ꝓpterea qꝛ in
euāgelio dr̄. Verbū caro factū est. Sicut
aqua ꝯuersa est in vinū. de qua Johā. c. ij.
scribitur. Ut autēꝫ gustauit architriclinꝰ
aquā vinū factū. Sed hoc non est sile. qꝛ
aqua potuit in vinū ꝯuerti. verbū aūt dei
in carnē ꝯuerti impossibile est. Vt sanctꝰ
Thomas. in. iiij. summe contra gentiles
probat triplici ratione.

¶ Primo ratione immutabilitatis.
¶ Secundo ratione simplicitatis.
¶ Tertio rōne incōmunicabilitatis.

¶ Primo rōne immutabilitatꝫ. Est vtiqꝫ
deus immutabilis. Omne aūt qd ꝯuertit
in aliud mutat. Cū ergo verbū dei sit deꝰ
impossibile est ꝙ fuerit in carnē ꝯuersum
¶ Scdo fuit impossibile rōne simplicita
tis: deus est summe simplex. Si ergo verbuꝫ
dei est in carnē ꝯuersum. opoꝛtet ꝙ totum
verbū sit ꝯuersum. qd aūt in aliud ꝯuertit
desinit esse qd erat. sic aqua in vinū ꝯuer
sa nō est ampliꝰ aqua. sequeret ergo ꝺm Apol
linarē ꝙ post incarnationē verbum dei nō
erit. quod est impiū et iniquissimū dicere.
¶ Tertio est impossibile ꝙ ꝟbū dei ꝯuer
tat in carnē rōne incōmunicabilitatꝫ. Eoꝝ
eñ q nō cōmunicāt in materia ꝛ in genere
vno impossibile est fieri couersionē. Nā ex
linea nō fit albedo. qꝛ sint diuersoꝝ gene
rū. neqꝫ corpꝰ elemētare pōt ꝯuerti in ali
qd corpꝰ celeste vel in aliquā corpoꝛeā sub
stātiā ꝛ ecōtra. qꝛ nō couenīūt in materia.
verbū aūt dei cū sit deus nō cōmunicat in
materia nec in genere cū quocūqꝫ alio. eo
ꝙ deus neqꝫ in genere est neqꝫ materiam
habꝫ. ergo impossibile est verbū in carnē fuis
se ꝯuersum. dicit igit caro factū ꝓpter illaꝫ

indissolubilē vnionē: q̄ sibi copulauit hu-
manam naturā ita mirabiliter ꝙ vnus ⁊ idē erat dei ⁊ ꝟginis filius nature diuine ⁊ humiane ꝓprietate salua. De hoc sic eleganter loquit̃ Leo papa in ſmone. Verbū dei deus q̄ erat in ꝑncipio apud deū ꝑ qđ facta sunt oīa ⁊ sine quo factū est nihil ꝓpter liberandū a morte eterna hoīem factus est hō. Ita se ad susceptionem nostre humilitatis sine diminutiōe sue maiestatis inclinans vt manēs qđ erat: assumēs qđ nō erat verā formā serui forme in q̄ đo pr̄i eq̄lis est vniret. Et tāto federe vtrāq3 naturā cōsecraret: vt inferiorē assumeret glorificatio nec superiorē minueret assumptio. Salua igit̃ vtriusq3 ꝓprietate substācie ⁊ in vnā coeunte ꝑsonā suscipit̃ a maiestate hūilitas. a ꝟtute infirmitas. ab eternitate mortalitas. ⁊ ad deponendū cōditionis nr̃e debitū natura inuiolabilis nature est infusa passibili. At ⁊ increduli instant ꝑscrutari tante vnionis modū. et h̄ aliquo exēplo suaderi sibi flagitāt. Quibꝫ ego respōdeo ꝙ īnuanū laborant q̄ audire debēt suauissima ꝟba Leonis pape iam nominati in ſmone de natiuitate dicētis. Excedit siq̄dē dilectissimi multūq3 supeminet oēm humani eloquij facultatē diuini ꝓpis magnitudo. Et inde orit̃ difficultas fandi. vñ adest ratio nō tacēdi. Quia in dño nr̃o Jesu xp̄o filio dei nō solum ad diuinā sed ad humanā spectat naturā qđ dictū est per ꝓphetā. Generationē eius q̄s enarrabit. vtrāq3 eñi substāciā in vnā cōuenisse ꝑsonā: nisi fides credit: ſmo nō explicat. Et ideo nunq3 materia deficit laudis: quia nunq3 sufficit copia laudatoris. Gaudeamꝰ igit̃ ꝙ ad eloquēdū tāte materie sacr̄m impares sumus. Et cū salutis nr̃e altitudinē attingere nō valemus. sentiamus nobis bonū esse ꝙ vincimur. Nemo ad cognitionē veritatis magis appropinquat q3 q̄ intelligit in rebꝫ diuīs etiā si multū ꝓficiat sꝑ sibi supesse qđ q̄rat. hec ille. Quare fideliter confitemur ita incarnatū ꝟbū dei. vt ille q̄ erat dei filiꝰ ab eterno ſm diuinā naturā. de ꝟgine ſm humanā nasceret̃ ex tpe. Et q̄ erat đs īpassibilis imortalis ⁊ gl̃iosus ſm diuīitatē passibilis esset mortalis ⁊ humil' ſm hūanitatē

¶ Tertia opinio falsa circa ꝟbū eternale dicit̃ filiatiōis. Nā q̄dā heretici vt Paulus samosetanus. Cherintus ⁊ Ebion dixerūt ꝙ licet ꝟbū caro factū sit. tñ xp̄s non est dei filiꝰ ꝑ naturā s3 ꝑ gr̄am siue ꝑ adoptionē. Cōtra q̊s dixi plene in sermone. Tu es xp̄us filiꝰ dei viui in q̄dragesimali sup. vi. ferie q̄rte hebdomade in q̄dragesima oñdit ꝙ xp̄us est natus ex deo patre ⁊ ex ꝟgine matre ſm veritatē nature.

¶ De tribus falsis opinioibꝫ adinuētis circa animā christi. Ca. II.

Secundus error a nobis vitandus de xp̄o incarnato est circa aīam rationalē. de q̄ triplex opinio falsa reperit̃.

¶ Prima dicitur negationis.

¶ Secunda ignorationis.

¶ Tertia contagionis.

¶ Prima opinio falsa circa aīam xp̄i dicitur negatiōis. Plerīq3 nāq3 heretici negauerūt expsse xp̄m habuisse aīam rōnalem dicētes ꝙ loco aīe fuit diuinitas eiꝰ. Sumpserūt aūt occasionē erroris. q2 nescierunt intelligere illud dictū iohis. i. Verbū caro factū est. Ex q̊ arguebant ꝙ denoīatio fieri d3 a digniori. Cū ḡ aīma dignior sit corpe. si in xp̄o fuisset aīa. Johes dixisset. Verbū aīa nō ꝟbū caro factum est. Sed ꝯ istos dic san. Tho. in. iiij. ꝯ. gētiles ꝙ đs forma corpis eē nō pōt ꝓpter summā simplicitatē suā ⁊ ꝑfectionē. q2 vt dictū est in ſmōe de đo nō venit in cōpositiō3 alicuiꝰ create nature. neq3 vt ꝑncipium formale. Insuꝑ subtracto eo qđ ē de rōne hois verus hō eē nō pōt. Aīa aūt ꝑncipaliter est de rōe hois. q2 est eiꝰ forma. ḡ si xp̄s aīam nō habuit verꝰ hō nō fuit ꝯ id qđ apl's dicit. i. ad Thimo. ij. ca. Vnꝰ est mediator dei ⁊ hoīm hō xp̄s ih̄s. Jō fides catholica ꝑdicat ꝟba Anathasij ī suo simbulo dicētis. Perfectus đs ꝑfectꝰ hō ex aīa rōnabili ⁊ hūana carne subsistēs. Ad illud ꝟo Joh. Verbū caro factū ē rñdet dñs Bonauen. in. iij. di. ij. ꝙ Johs loquit̃ ꝑ sinodochen accipiēdo ꝑtem ꝓ toto. hic vero modus loquēdi frequēter inuenit̃ in scptura. vñ Esa. xl. Omis caro fenū. i. oīs hō. Et Luc. iij. c. Videbit oīs caro. i. oīs hō salu-

tare dei. Et mat.xxiiij. Nisi breuiati fuis/
sent dies illi nõ fieret salua oĩs caro.i.oĩs
hõ. Et Geñ.vi.c. Oĩs q̃ppe caro corrupe
rat viã suã. ⁊ sic de alijs. Usus est Johẽs
locutiõe p sinodochen. q2 natura assũpta
notior ẽ nob̃ ex pte sub̃e corpalis q̃ȝ spũa/
lis. Et cognitio nr̃a incipit ab his q̃ sunt
magis nota. In assumptiõe igit̃ carnis i/
cludit̃ assumptio aĩe rõnalis. q2 si assum/
psit carnẽ ml̃to magis aĩam. Jõ denoĩa/
tio nõ semp fit a digniori: sȝ etiã a notiori
¶ Scd̃a opinio falsa circa aĩam xp̃i dicit̃
ignoratiõis fuit eoꝝ q̃ dixerũt xp̃m a pñci
pio assumpsisse aĩam sic ẽ aĩa nr̃a tãq̃ȝ ta/
bula rasa in q̃ nihil ẽ depictũ Sed ꝯ istos
est ꝟitas fidei q̃ excludit a xp̃o oẽm igno/
rantiã. tũ q2 vt dicit mgr̃ sen. in. iij. di. xv.
Nõ conueniebat in xp̃o ignorantiã esse. q2
aĩa ei⁹ debuit eẽ plena luce sapie ⁊ rectitu
dine iusticie. Ignorãtia aũt ꝑuatio est scie
⁊ põt esse via in errorẽ ⁊ obliq̃tionẽ a recti
tudine iusticie tũ q2 nõ expediebat nobis
xp̃m aĩam cũ ignorantia habuisse Uene/
rat eni nos dirigere ⁊ docere: qd̃ facere nõ
potuisset si fuisset ignorans Uñ ansel'. li.
Cur ds̃ hõ inq̃t. Quõ illi crederẽt hoĩes
si illũ scirẽt nescientẽ. Igit̃ vt dicũt oĩes
theologi sacri in. iij. di. xiiij. Anima xp̃i ab
instanti creationis lustrata fuit splendore
scie. Scd̃m aũt Alexandrũ de ales in. iij.
summe. In xp̃o fuit multiplex modus sci
endi. Prim⁹ ẜm naturã diuinã. ⁊ ibi scia
idem ẽ qd̃ idip̃m. Et iste modus fuit i fi/
lio dei ab eterno. Scd̃us modus est ẜm
grãm vnionis. q̃ modus differt ab oĩ alio
sciente incõmunicabil' cuicũq̃ȝ alteri crea
ture. Terti⁹ ẜm grãm cõphensionis in q̃
cõicant angeli bt̃i ⁊ aĩe sctẽ. Quart⁹ ẜm
naturã integrã aĩe ẜm quẽ habuit Adaȝ
sciam in statu innocẽtie. Quitus ẜm pe/
nalẽ naturã assumptã. Sextus est quedã
grã data a xp̃o ad cognoscẽdũ res ẜm na
turã ⁊ pgessum tp̃is. Quantũ ad primũ
modũ sciendi silr̃ se habȝ xp̃s añ incarna
tionẽ ⁊ post. Quantũ ad scd̃m habuit co/
gnitionẽ oĩm eoꝝ q̃ ptinebãt ad mysteriuȝ
incarnatiõis passiõis ⁊ redẽptiõis. Quã/
tũ ad tertiũ habuit cognitionẽ oĩm eoꝝ q̃
ptinebant ad suã grãm ⁊ suoꝝ ⁊ eoꝝ q̃ or
dinant̃ ad illã. Quantũ ad q̃rtũ modum
habuit noticiã eorũ q̃ cognouit Adam in
statu innocentie. Quantũ ꝟo ad q̃ntũ di/
dicit diuersas penalitates p expientiam i
affectiua: quas tñ cognouit ẜm alium mo
dũ. s. ẜm grãm cognitionis q̃ data est sibi
p grãm vnionis Secũdus modus cogni
tionis est ad cognoscendũ p expientiã nõ
vt ꝑor q̃ fiat affectiue: sed cognitiue ex sen
sibus. Cõtra ista opponũt se pleriq̃ȝ tenen
tes q̄ in xp̃o nõ fuit alia scia preter diuinã.
q2 si p illã cognoscebat oĩa. supfluum fuis
set q̄ esset in eo alia scia. Tñ hi sic asseren
tes dãnant̃ in. vi. synodo Ephesina. Et p
pterea dicit sctũs Tho. in. iij. pte. q. ix q̄ fi
lius dei humanã naturam integrã assum
psit nõ solũ corpus sȝ aĩam. Et ideo opor
tuit q̄ haberet scientiã creatã ꝓpter aĩe
pfectionem. Aĩa eni ẜm se cõsiderata est
in potẽtia ad intelligibilia cognoscenda.
quia est sicut tabula rasa. Et tñ possibile ẽ
in ea scribi ꝓpter intellectuȝ possibilẽ in q̃
est oĩa fieri. vt dicit̃ in. iij. de aĩa. Qd̃ autẽ
est in potentia est impfectum nisi reducat̃
ad actũ. Nõ aũt fuit ꝯueniẽs q̄ filius dei
hũanã naturã impfectã assumeret: sȝ pfe/
ctã. vtpote q̃ mediãte totũ humanũ gen⁹
ad pfectũ erat reducendũ. Et ideo oportu
it q̄ aĩa xp̃i esset pfecta p aliquã sciaȝ q̃ es/
set ꝓprie pfectio eius. Alioq̃n esset impfe/
ctior aĩabus alioꝝ hoĩm. Q' autẽ xp̃s co/
gnouit oĩa p sciam diuinã illud fuit ope/
ratiõe increata q̃ est ip̃a dei essentia. Dei
eni intelligere est sua sb̃a vt pbat Aristo.
xij. meta. Unde hmõi actus nõ potuit eẽ
aĩe xp̃i: cũ sit alteri⁹ nature. Si g̃ nõ fuis/
set in aĩa xp̃i alia scia p̃ter diuinã nihil co
gnouisset. ⁊ ita frustra fuisset assumpta aĩ
ma hũana. cũ oĩs res sit ꝓpter suã opatio/
nẽ. Propter p̃dicta dubitat̃ an aĩa xp̃i cõ
prehendat diuinã essentiam. Et posset ar/
gui q̄ sic. Primo q2 Isid. dicit. Trinitas
sibi soli nota est ⁊ homini assumpto. Igit̃
hõ assumptus cõicat cũ sctã trinitate in il
la noticia sui que sancte trinitati ꝓpria est.
Huiusmodi aũt est noticia comphensio/
nis. g̃ aĩa xp̃i comphendit diuinã essenti
am. Scd̃o magis est vnire deo ẜm esse p/
sonale q̃ȝ ẜm visionẽ. Sed sicut dicit. Da
mascenus in. iij. li. Tota diuinitas in vni/
tate psonarum est vnita humane in xp̃o.

multo ḡ magis tota natura diuina videẜ ad aīam xp̄i. Et ita videẜ ꝙ aīa xp̄i comp̄hendat diuinā essentiaꝫ. Tertio illud qđ conuenit filio dei ꝑ naturā cōuenit filio hominis ꝑ grām. vt Aug⁹. dicit in. i. de tri. Sed comp̄hendere diuinā essentiā cōuenit filio dei ꝑ naturā. ḡ filio hoīs per grāꝫ Rñdet sctūs Tho. iij. pte. q. x. Q͛ sic fctā est vnio naturarum in ꝑsona xp̄i ꝙ tñ ꝓprietas vtriusqꝫ nature incōfusa ꝑmansit ita. s. ꝙ increa tū manserit increatū. τ creatum māsit infra limites creature. sic Dasce. dicit li. iij. Est aūt impossibile ꝙ aliqua creatura comp̄hendat diuinā essentiā. vt dicim⁹ in s̄mone de gaudio beatoꝝ. eo ꝙ infinitū nō comp̄hendiẜ a finito. Nam vt Aug⁹. dicit. li. lxxxiij. q. Qđ aliqͥs comprehendit finitū est sibi Sꝫ essentia diuīa nō est finita in cōparatione ad aīaꝫ xp̄i: cum infinitū eā excedit. igiẜ aīa xp̄i nō comprehendit diuinā essentiā. Ad p̄mū aūt obiectū dr̄ ꝙ hō assumptus cōicat diuine trinitati in sui cognitiōe nō ratione comp̄hēsionis. sꝫ rōne cuiusdā excellentissime cognitionis p̄ ceteris creaturis. Ad scđm ꝟo respōdeẜ. Q͛ nec etiā in vnione. q̄ est s̄m esse ꝑsonale natura humana comp̄hendit dei ꝟbum siue naturā diuinā: que ꝗꝫuis tota vnita fuerit humane nature in vna ꝑsona filij: non tñ fuit tota virtus diuinitatis ab humana natura ꝗsi circūscripta. vt dicit Aug⁹. in ep̄la ad Volusianū. Ad tertiuꝫ ꝟo dicim⁹ ꝙ verbū illud Augustini ē intelligēdū de grā vnionis s̄m quā oīa que dicunẜ de filio dei s̄m diuinā naturam dr̄ de filio hoīs ꝓpter idemptitatē suppositi. Et s̄m h̄ vere pōt dici ꝙ filius hoīs ē comp̄hensor diuine essentie. nō qͥdem s̄m aīaꝫ sꝫ s̄m diuinā naturā ꝑ quē modū pōt dici ꝙ filius hoīs est creator. hec Tho. Licet itaqꝫ aīa illa nō comp̄hēdat diuinā essentiā tñ nullā habuit igrātiā Quare nos nō erram⁹ p̄clarissimū ducē sequētes qui Joh. viij. c. dixit. Ego sum lux mūdi q̄ sequitur me nō ambulat in tenebris. ¶ Tertia opinio falsa circa xp̄m incarnatū ꝗꝫtū ad eius animā diciẜ cōtagionis. Hec inuoluit quorundā animos. ita vt impie assererent xp̄m habuisse animā peccatricē. Contra quos clamāt τ autoritates scōꝝ τ rationes theologoꝝ. Unde Petrus prima sua ep̄la ca. ij. ait. Peccatū nō fecit. nec dolus inuentus est in ore eius. Et Grego. in xij. mora. inquit. Nullus homo sine peccato est: nisi ille qui in hanc mundum nō venit ex pctō. Et Aug⁹. in expositione psal. xxx. Christus oīs peccatores inuenit solus sine peccato venit. Et Aug⁹. in lib. de nuptijs τ ꝯcupiscētia. Omnes sub peccato nascimur. τ ꝑ vnum solū qui sine pctō natus est liberamur. Et idem in Enchiri. Per mediatorē qui solus sine peccato natus est reconciliari nos oportebat. Ugẜ ꝟo senten. in. iij. di. xij. τ oēs theologi cū eo dicunt ꝙ nō solū xp̄s non peccauit: imo nec peccare potuit. Qm̄ vt inquit Riccardus de media villa in suo. iij. τ Anshel. li. Cur deus homo. Christus peccare nō potuit inꝗꝫtum deus. vt patꝫ: neqꝫ inꝗꝫtum homo: quia erat comprehensor non solum viator. Et sic angeli beati peccare neq̄unt ita nec ipse potuit peccare: etiam inꝗꝫtum viator ex eo ꝙ tantā habuit gratie plenitudinē ꝙ equabat τ implebat totā capacitatem aīme sue. ideo nō fuit passibilis ad contrariā priuationē: que est per peccatū. Et si obijcereẜ quia Damascenus dicit. Omnia que in nostra natura plātauit đs assumpsit ꝟbū. Sꝫ đs plātauit in nr̄a natura liberū arbitriū q̄ possem⁹ esse vel boni vel mali ꝓ libito. ḡ τ xp̄s habuit liberū arbitriū. ex ꝯsequēti potētiā peccādi. Respōdet Alexāder de ales in suo. iij. summe Q͛ potētia peccādi sumiẜ dupliciter. Nā aliqñ ꝓ potētia q̄ peccaẜ. aliqñ ꝓ potentia ad peccandū disposita. Primo mō fuit in xp̄o potētia peccādi. qꝛ fuit ī eo liberū arbitriū qđ est potētia q̄ peccaẜ. Sꝫ nō fuit in eo potētia peccādi ad peccādū. s. disposita qꝛ vt p̄dictū est liberū arbitriū xp̄i gratie plenitudīe ꝯfirmatū deficere nūꝗꝫ potuit.

¶ De tribus falsis opinionibus excogitatis circa substantiā corporis christi.

Capitulū. III.

TErtius error a nobis euitandus đ xp̄o incarnato est circa naturam corporaleꝫ. De ipso quidem corpore Jesu benedicti tres falsas opiniones inuenimus.

¶ Prima est manicheorum.
¶ Secunda valentinianorum.
¶ Tertia sarracenorum.
¶ Prima opinio falsa ⁊ stultissima ē ma/
nicheorū. Isti vt Isid dicit li. viij. ethi. a q̄
dam persa cui nomen erat manes mani/
chei sunt appellati. Ponētes duo ꝓncipia
cōtra omnem veritatē tam theologoꝝ ꝙ̄
philosophoꝝ. De xp̄o vero asserunt eū as/
sumpsisse corpus fantasticū ⁊ apparens. ⁊
ꝙ ea q̄ ſm hoiem gessit scʒ ꝙ natus est. ꝙ
comedit. ꝙ mortuus est ⁊ similia in veri/
tate nō fuerunt. sʒ in quadā apparētia. Et
hec opinio bestialis totuʒ incarnationis
mysteriū ad quandā fictionem deducit.
Contra quā opinionē est scriptura sācta.
dicitꝛ enī Ioh. i. ca. Verbū caro factum ē
scʒ ſm existentiā: nō ſm apparentiam. Et
apl'us ad Roma. i. ca. Factus ex semine
Dauid ſm carnem. Et xp̄us post resurre
ctionē dixit discipulis. Luce vlti. ca. Pal
pate ⁊ videte qꝛ spūs carnē ⁊ ossa non ha
bet sicut me videtis habere. Sequeretur
insuꝑ ſm istos deliros manicheos ꝙ xp̄s
non vere redemit nos contra id qd̄ scribitꝛ
Apocal'. i. capi. Dilexit nos ⁊ lauit nos a
pctīs nostris in sanguine suo. Et. v. c. Re
demisti nos dn̄e deus in sanguie tuo Se/
queretꝛ ad hoc ꝙ apostoli fuerunt testes re
surrectiōis xp̄i mendaces. De q̄bus dicitꝛ
Actuū. iiij. c. Virtute magna reddebant
apostoli testimoniū resurrectiōis Iesu xp̄i
dn̄i nr̄i. Sunt ⁊ alia multa que opinionē
manicheoꝝ irrationabilē ostendūt ⁊ stul/
tam. Contra quos nō multū elaborandū
puto: cū facile sit eos fatuos cognoscere: q̄
deū fallacē delusorē ⁊ mendacē primo p̄/
dicant. deinde apostolos omnes euange/
listas ⁊ doctores mēdacij testes accusant
¶ Secūda opinio falsa de corpe Iesu bn̄/
dicti fuit valentinianoꝝ. Hi ꝯfitentꝛ xp̄m
habuisse verū corpus: non tn̄ terrenū. quia
portauit illud de celo. ⁊ nihil de matre vir
gine accepit. ⁊ ꝑ eam quasi ꝑ aque ductuʒ
transiuit. Occasionē aūt huius erroris ac
ceperūt ex quibusdā verbis sacre scriptu
re male intellectis. vicʒ qꝛ. Ioh. iij. c. scribi
tur. Nemo ascendit in celū nisi qui descē/
dit de celo filius homīs qui est in celo. Et
Ioh. vi. c xp̄s dixit. Descēdi de celo. Que
verba ipsi exponunt quasi xp̄s corpus su/
um de celo tulerit. Sed talis error verita
tem carnis excludit a xp̄o. qꝛ caro vera nō
formatur ex materia celesti: sed ex elemen
tis. Et xp̄s verā carnē assumpsit. Et bea
ta ꝟgo eius benignissima mater tenetꝛ ſm
veritatem nature vt dicemus in sermoni
bus de laudibus ipius virginis clemen/
tissime. Et Mattheus describit genealo/
giā xp̄i ſm eius tꝑalem natiuitatē. Ideo
catholice dicimus xp̄m sumpsisse corp⁹
de massa nobis conformi. Quare autem
hoc fecerit dicemus in sequētibus. ¶ Ter
tia opinio falsa de corpe xp̄i fuit Sarrace
norū qui dicunt xp̄m assumpsisse naturā
humanam sine penalitatibus ita ꝙ nūꝙ̄
passus est famem neqʒ sitim: neqʒ labores
neqʒ dolores. contra id quod scribitꝛ Esa.
liij. ca. Dolores nr̄os ipse portauit. Qui/
bus declarandum est ꝙ decuit xp̄m nr̄as
cōmunes penalitates accipere ſm domi/
nū Bonauen. di. xv. tertij. maxime proptꝛ
tria. Primo ꝓpter fulcimentū nostre fragi
litatis. vt sic declaret ꝙ ſm veritatē assum
psit nostrā naturam. ⁊ hec est ratio magi/
stri sententiaꝝ in littera. Secūdo ꝓpter p̄/
cium nostre salutis. vt sic nos redimeret.
Tertio propter exemplū virtutis: ⁊ preci/
pue humilitatis ⁊ patientie. vt dicitꝛ. xviij
di. in. c. dn̄s. Notandū tamen ſm magistꝝ
ꝙ ex alia causa sunt penalitates in nobis
⁊ in xp̄o. In nobis sunt ex necessitate con
tracte. In christo ex voluntate assumpte.
Quod a Bonauētura sic declaratꝛ. Nos
penalitates a parentibus trahimus pro/
pter legem ꝓpagationis ⁊ legem concupi
scentie: q̄ militat in istis mēbris. Nā pas/
sibilis generat passibilem. Et habens le/
gem ꝯcupiscentie in mēbris generat filiū
subiectum cōcupiscentie ex reatu cui⁹ cō/
cupiscentie insunt prolis omēs penalitates
Et ꝓpterea dicuntur iste penalitates ī no
bis cōtracte quasi ex concursu duorū tra/
cte videlicet ꝓpagationis nature ⁊ corru/
ptionis concupiscentie. In christo autem
secus est. Ipse enī neutro modo fuit ꝓpa/
gatus: nec ſm ꝓpagationem legis natura
lis. nec ſm corruptionem libidinis. Sed
spiritussanctus adueniens in ipsam ꝟgi/
nem fecundam carneʒ eius ab oī feditate

corruptionis purificauit. passibilitatē tñ
reliquit. Ex illa autez carne ipse filius dei
edificauit sibi corpus immaculatū. ⁊ illō
corpus vniuit sibi ⁊ anime rationali: que
quidē immunitatē habuit a culpa ⁊ in se
⁊ in carne coniunctā. Et sicut immunita
tem habuit a reatu culpe sic ꝯm ordinē di
uine iusticie imunitatē habere debuisset a
debilitate miserie. Qđ ergo in carne illa re/
mansit penalitas hoc fuit ex dispensatiōe
ipsius assumentis cōcurrēte simul acceptatione
ipsius anime rationalis. que in pmo
instanti sue creatiōis habuit vsum cogni/
tionis ⁊ placuit sibi tali corpori vniri ꝓpt
salutē humani generis. Et sic patet ꝙ ta
lis effectus in xp̄o fuerūt nō necessitate ge/
neratiōis: sed volūtate dispensatiōis volū
tate diuina preueniēte sed volūtate crea/
ta cōcomitante. Dicimus autē ip̄os fuis/
se auctoritate diuina: nō tanq̄ infligēte đ
nouo: sed tanq̄ a relinquēte in acceptatōe
anime xp̄i cū in eiꝰ arbitrio esset ⁊ potesta/
te illos defectus excluderet. hec Bonauen̄.
Fugiamus ergo vanitatem hereticorum
attendentes ad verba Leonis pa. dicētis
in q̊dā sermone. Cū ad intelligēdū sacra/
mētū natiuitatis xp̄i q̇ de matre virgine ē
ortus accedimus abijciatur procul terre/
narū caligo rationū ⁊ ab illuminate fidei
oculo mūdane sapientie fumus abscedat.
diuina est em̄ autoritas cui credimus. di/
uina est em̄ doctrina quā seq̄mur. Et sic đ
xp̄o illa firmiter teneamus q̄ sancti verita
tis amatores nos docuerūt. vt sic merea/
mur ꝯsortio illoꝝ ascribi in hoc seculo dei
gratiā consequētes ⁊ in futuro gloriā sem
piternā. Amen.

¶ Sermo sextꝰ de incarnatōne christi cō
tra errores iudeorū qui in christum crede/
re nolunt.

IN ppria venit et sui
eum nō receperūt. Scribun
tur hec verba Joh. i. ca. Pre
conia incarnatiōis Jesu xp̄i
filij dei multo tp̄e apud iudeorū gentē fue
rūt proclamata: Cū autē venit plenitudo
tēporis deus hō factus ipsis iudeis ingra
tissimis visibiliter apparuit. Et sic ap̄lus
elegātissime dicit ad hebreos. i. c. Multi/
pharie multisq̄ modis olim deus loquēs
patribus in prophetis. Nouissima in die
bus istis locutus est nobis. id est iudeis ī
filio quē cōstituit heredē vniuersoꝝ ꝑ quē
fecit ⁊ seculū. A principio ergo sui ortus vs/
q̄ ad gloriosam ascensionē in celū missio/
nemq̄ sp̄ussc̄ti ⁊ predicationē ap̄loꝝ nihil
omisit quo verius dei filius potuisset co/
gnosci. Verūtñ populus ille dure ceruicis:
nō solū eum suscipere voluit messiā in lege
promissum. quinīmo crudelissime perse/
cutus ē vsq̄ quo affixus fuit patibulo cru
cis. Ceteris autē nationibꝫ in illū creden
tibus q̄ voce et signis ap̄loꝝ edocte omnē
spurciciā idolorū reliquerūt. ip̄i soli iudei
christū impugnāt atq̄ blasphemāt. Et li
cet in multis q2 volūt errāt Nichilominꝰ
in hoc sermone de tribus erroribꝫ eorū eri/
mus verba factori qm̄ vt dicit iohānes in
verbis premissis In propria venit. quia ī
iudea nasci viuere. cōuersari ⁊ mori elegit
⁊ sui quos peculiares cultores constitue/
rat viuus dei veri ⁊ quibus legē dederat
tātisq̄ dotauerat beneficijs eū nō receperūt
Qm̄ vsq̄ in presentē diem circa xp̄m in/
carnatū errant maxime q̄tum ad tria.
Primo q̄tum ad diuinitatē.
Secundo q̄tum ad temporalitatē.
Tertio q̄tum ad passibilitatē.
¶ Qđ ex testamentis duodecim patriar/
charum confunduntur iudei qui negant
christi diuinitatem.

Capitulum. I.

PRimo errant iudei cir
ca xp̄m incarnatū q̄tum ad di
uinitatē. dicunt em̄ ꝙ non fuit
deus. Contra quos et si sufficiant ea que
diximus in sermone de diuitate xp̄i. tñ ad
eorū confusionē inducā aliqua dicta duo/
decim patriarcharū: q̇ de xp̄o venturo lo/
quētes apertissime diuinitatē eius exp̄sse
runt. De his ita scribit. Vincen. li. ij. spe/
culi hystorialis. Extāt testamenta duode/
cim patriarcharū in quibꝫ sunt pulcherri
me de xp̄o prophetie. quas nuꝑ transtulit
magister Robertus grossum caput linco
niensis ep̄s de greco in latinū. hec ille. Ego
ergo ex ipsis testamētis quedā extraxi q̄ ad
rem faciūt nō oīa de verbo ad verbū nota
ui. ¶ Primū ergo dictū ē patriarche Jude q̇
ait visitabit nos dn̄s in misericordia ⁊ ex/

urget hō de semine meo hoc est germē dei
altissimi: vt sol iusticie ambulabit cum fi/
lijs hominū in mansuetudine ꝛ iusticia ꝛ
oīne peccatū nō inueniet in eo. Et aperiē/
tur sup ipm celi ad effundendū spūsan/
cti benedictionē. ¶ Scōm dictū est patri
arche rubeo. inquit sic. Quis noscet legez
dñi ꝛ sacrificia pro omī isrl' vsq ad cōsum
mationē temporū pricipis sacerdotū xpi
quē dñs. qm in eo elegit dñs regnare sup
oēs populos et adorari semen ipsius qm
pro nobis morieturi bellis visibilib ꝛ in/
uisibilibus. ꝛ erit in nobis rex seculorum.
¶ Tertiū dictū est patriarche Gad. Au/
ferte odiū ab animabus vestris. ꝛ diligite
inuicē in rectitudine cordis. dicite autez ꝛ
vos filijs vestris vt honorent iudam ꝛ le/
ui: quoniā ex eis oriri faciet dñs saluatorē
israel. ¶ Quartū dictū ē Aser. Altissim⁹
visitabit terrā. ꝛ ipse veniēs vt hō cū ho/
minibus manducās ꝛ bibēs: hic saluabit
isrl'. ꝛ oēs gentes vir abscōditus. dicite er/
go filijs vris vt nō discedāt ab eo. ¶ Qui
tū dictuz Leui patriarche. Ecce filij mei
ostendi vobis tpa extrema qm omia fient
in israele. Et vos mādate filijs vestris vt
vniantur leui ꝛ iude. per iudā em orietur
salus israel: ꝛ in ipso benedicetur Jacob.
per sceptrū em eius apparebit deus habi
tans inter hoīes: vt saluetur gen⁹ isrl' cui
cōgregabit iustos ex gentib. ¶ Sextū est
dictū patriarche Dan. Dñs erit i medio
israel ꝛ sctūs regnās sup eos in humilita/
te ꝛ paupertate. ꝛ q credēt in eū regnabūt
in celis in veritate. ¶ Septimū dictū est
patriarche Simeon. Dñs deus magnus
apparebit in terris vt hō. ꝛ saluabit i ipo
Adam. Tunc dabūtur oēs spūs erroris
in cōculcationē ꝛ hoīes regnabūt sup p
nitiosos spūs. Tunc resurgā in leticia: et
benedicā altissimū in mirabilib suis: qm
deus corpus assumens ꝛ comedēs cū ho
minibus saluabit hoīes. ¶ Octauū ē di/
ctum patriarche Leui. Cognoui o fili ex
scriptura Enoch: qm in fine impie regetis
in dñm manus imponētes i omī malicia
Et cōfundentur in vobis fratres vestri. ꝛ
in oībus gētibus eritis illusio. ¶ Nonū ē
dictū patriarche Isachar. Omnē agre/
stem ferā seruitutis subijcietis habētes vo
biscū deū celi. Ambulate cū hoībus i sim
plicitate cordis. ¶ Decimū ē testimoniū
Zabulon. Uidebitis deū in forma hoīs.
qm iam elegit dñs nomē ei. Et rursum i
malicia sermonū vestrorū ad iracundiam
prouocabitis eum. Et abiecti eritis vsq
ad tempus cōsummatōis. ¶ Undecimū
dictum ē patriarche Joseph. Uidi qm ex
iuda nata est virgo habēs stolā bissinam.
Et ex ipa prodijt agnus imaculatus gra
tia dei saluās oēs gētes. regnū aūt ei⁹ eter
num qd nō peribit. ¶ Duodecimū est di/
ctū Beniamin. Adorabitis regē celoruz
q in terra apparebit in forma hoīs Et qt/
qt credidere eum in terra cōgaudebūt ei.
Ultra hic patriarchaꝝ ꝛ prophetarū ac
sibillaꝝ testimonia diuinitas xpi sufficiē/
tissime demonstrata fuit. qn sibi obediunt
venti ꝛ mare. qn curabātur infirmi. ꝛ ad
vocē ipius mortui suscitabātur. ꝓpter que
omia ipe dicebat iudeis. Joh. x. c. Ope/
ra que ego facio in nōie patris mei hec te
stimoniū perhibēt de me. Hinc Grego⁹.
in omelia de epiphania inqt. Omia ele/
mēta auctorē suū venisse testata sunt. vt
em de his qsi quodā vsu humano loquer
deū hunc celi esse cognouerūt qꝛ protinus
stellā miserūt. Mare cagnouit qꝛ sub ei⁹
plantis se calcabile prebuit. Terra cogno
uit: qꝛ eo moriente cōtremuit. Sol cogno
uit: quia lucis sue radios abscōdit. Saxa
ꝛ parietes agnouerūt: quia tpe mortis ei⁹
scissa sunt. Infernus agnouit: qa hos qs
tenebat mortuos reddidit. Et tn hūc quē
omia elemēta insensibilia senserūt adhuc
infideliū iudeorū corda deū esse minime
cognouerūt. Et duriora saxis ad peniten
tiā scindi nolūt eūq cōfiteri abnegāt: quē
elemēta: vt diximus: signis aut scissionib
deum clamant. hec ille.

¶ Q' xps iam venit quē iudei venisse ne/
gant. ꝛ tempus aduentus eius preterijt
Capitulum. II.

SEcundo errant iudei
circa xpm incarnatuz qntū ad
tēporalitatē. nolūt quidē acce/
ptare christū venisse: sed illū dicūt venturꝫ.
Quibus veritatē aduentus xpi iam pre/
teriti et cōpleti ostēdere possumus maxie

propter tria.

¶ Primo ꝓpter iudaici regni defectionē.
¶ Scđo ꝓpter imperij romani sbiectionē.
¶ Tertio propter generalē confessionē.

¶ Primo probamus xp̄m venisse ꝓpter iu/
daici regni defectionē. Nam vt dicit Au/
gustin⁹ li. xviij. de ciui. dei. c. xlv. Regnāte
herode alienigena natus est xp̄s. iam em̄
venerat plenitudo tēporis significata ꝓ/
phetico spū̄ ꝑ os patriarche Jacob vbi ait
Non auferet̃ sceptrū̄ de iuda: ⁊ dux de fe/
more eius donec veniat q̄ mittēdus est: ⁊
ipse erit expectatio gentiū̄. Sed iudei di/
cunt ꝙ hec autoritas q̄ ponit̃ Gen̄. xlix. c.
loq̇tur de Nabuchodonosor rege babylo/
nis qui missus est ex ordinatōe diuina cō/
tra hierusalē ꝓpter peccata populi. vt ha/
betur iiij. Regū̄ xxiiij. ca. Et extunc defecit
regnū̄ iudeoꝝ. q̄a cepit Sedechiam regē
⁊ eū̄ excecauit. ⁊ filios eius occidit vt ha/
betur ibidē. xxv. ca. Nec postea aliquis de
eius stirpe regnauit. Sed hoc patet esse
falsum q: post captiuitatē babylonicā ha/
buerūt duces et pricipes. sicut patz đ Zo/
robabel Hesdra Neemia habuerūt etiaꝫ
reges. Nam vt ponit Aug⁹ li. xviij. de ci.
dei. Aristobolus assumpto diademate rex
⁊ pontifex factus ē. Aristobolus successit.
Alexander etiā ipe rex ⁊ pōtifex. post hūc
vxor eius Alexandra regina iudeoꝝ fuit
Cuius tpe mala sunt eos secuta grauiora
Nam filij huius Alexādre Aristobolus
⁊ Hircanus inter se de imperio dimican/
tes vires aduersus israheliticā gentē pro/
uocauerūt romanas: Hircanus nāꝗ cō/
tra fratrem poposcit auxiliū venitꝗ Pō/
peius preclarissimus princeps: q̇ iudeam
cū̄ exercitu ingressus ciuitatē hierusalem
cepit ⁊ templū̄ reserauit nō deuotiōe suppli/
ci sed iure victoris. quia vt ipemet testat̃
nō colebat deū̄ iudeoꝝ: Unde dixit vt scri/
bit Lucanus. Capadoces mea signa ti/
ment. Et dedita sacris. Incerti iudea dei
mollesꝗ sophene. ⁊c̄. Et ad sancta sancto/
rū̄ quo nō nisi summū̄ pōtificē intrare lice/
bat. nō vt venerator: sed vt prophanator
accessit. cōfirmatoꝗ hircani pōtificatu et
subiugate genti imposito custode. Anti/
patre vinctū̄ secū̄ Aristobolū̄ duxit. Et ex/
tūc iudei tributarij romanoꝝ esse ceperūt
ꝭm Eutropiū̄ li. vi. Deīde post paucos an/
nos herodē alienigenā habuerūt. De isto
herode sic habet̃ in hysto. sco. sup macha/
beoꝝ libris Eutropie cōcordāte. Gaius
cassius vnus ex principalioribus in cōiu/
ratione mortis cesar occiso eo fugit ī siria
vbi p̄ses fuerat colligēs exercitū ꝯ Augu/
stū adolescentē ⁊ Marcū antoniū nepo/
tes Julij cearis Mox herodes de galilea
veniens auri ⁊ bellatorū sibi duxit auxilia
Qua propter fauorē cassij meruit intantū
ꝙ ei promiserit obtenta victoria iudeoruꝫ
regnū. Herodes igit̃ cū cassio ad bella ꝓ/
fectus est. Sꝫ dū in campis philippicis oc/
cubuit Cassius octauian⁹ augustus Ro/
mā ⁊ Marcus antonius perexit ad siriā
Tunc herodes muneribus placauit anto/
niū. qui herodē ⁊ fratres iudee tetrarchas
fecit. Operāte post hoc antonio cū augu/
sto ⁊ senatu ideꝫ Herodes fuit coroatus
rex iudee. Deiñ cōmisso p̄lio inter Mar/
cum antoniū ⁊ octauianū augustū He/
rodes nō interfuit missus ab antonino cō/
tra regē arabū ad beneplacitū Cleopatre
moliebatur em̄ mortē oīm regū orientaliū
vt pro oībꝫ ipa regnaret Victo itaꝗ an/
tonio cū octauianus venisset Rhodū: he/
rodes sibi occurrit deposito regio habitu
dicēs. Fateor me vtilē fuisse antonio ⁊ fi/
delem qđ expertus fuissem si cū eo fuissem
in bello. Verū nec omnino defui frumen/
ta ⁊ auxilia mittēs. Nec modo deessem si
mihi acquiescēs occidisset Cleopatram
odij vestri fomitē. vna ergo cū victo vict⁹
sum coronāꝗ cuꝫ fortuna deposui. Ad te
autē venio spes salutis: de tua virtute pre/
sumens. At cesar hec. Saluus esto et nūc
cercius regna meritus es: vt regas pluri/
mos cum amicicia. tanta fide tuearis Cū
autem ꝑperauit august⁹ ī egyptū nō solū
in p̄lijs ꝟtus herodis emicuit verū etiā in
ꝟ̄co ita parauit necessaria vt nec aq̄ dees/
set nec q̇cq̄. vtēsiliū adeo vt mitteret̃ cesar
Dicit de ipo Joseph⁹. xvij. antiq̇tatū li. ꝙ
ex idumeaꝝ gēte paternū genus ex arabū
ꝟo materni sanguis originē duxit Qui cō/
firmato sibi regno ī supbiā erupit ⁊ iudeis
mala p̄lima ītulit Nā ⁊ pōtifices nō iā ꝭm
generꝭ ordinē ꝯstituebat sꝫ ignobilibꝫ q̇bꝫ/
cūꝗ sacerdotia ꝑmittebat sacrā etiā vestē

pōtificis summi obclusam signaculo reti/
nuit non per missa vlterius potestate visus
eius destruxitqꝫ l bros quos habere potuit
In quib⁹ iudeoꝝ nobilitas erat descripta
ne ipse ignob lis putaretur. Diximus hec
omīa vt perfidi iudei enarrata hystorie ve
ritate cognoscāt xp̄m natū tēpore annota/
to in ꝓphetia iacob patriarche. Et quis
ipsi multis calliditatibus ⁊ falsis exposi/
tionibus conētur illius prophetie verba ꝑ
uertere atqꝫ corrūpere dicētes ꝙ nō sint di
cta de xp̄o Tamen cōtra ipsos ē transla/
tio chaldaica. quia vbi Hiero. transtulit
donec veniat qui mittēdus est. Caldaicū
habet donec veniat messias. Et rabi iesu
exponēs verba iacob dicit. Non veniet fi/
lius dauid. i. messias. donec extenderit se
regnū neqꝫ sup israel. Glosa Rabi Salo/
monis dicit. i. Romanū. Expergescimini
o iudei ⁊ nolite obdurare corda vestra. Cō
fitemini venisse christū ⁊ memores estote
ꝙ ab eius aduentu vsqꝫ ad presentē diē eo
ꝙ impleta sunt oīa perdidistis omnē pre/
teritā dignitatem. Dicite queso mihi vbi
sunt illa stupenda miracula que operaba
tur virtus diuina anteqꝫ veniret messias
a vobis desideratus. Ubi voces prophe/
tarū. vbi victorie. id est inimicorū vestroꝝ
Ubi dignitas regia honorabilis ⁊ decora
dispersi estis per orbem terraꝝ cūctis gen
tibus abominabiles facti. Quo peccato
qua culpa irritastis deum. vt a mille qua/
dringentis septuaginta sex annis deserue/
rit vos quos fecerat antea populū sibi pe
culiarem nisi qꝛ vnigenitū filiū suū ꝓ nob
incarnatū contēsistis. Uenit vtiqꝫ venit ꝗ
iam nō amplius qꝫ ad iudicandū ventu/
rus veracissime predicatur. ¶ Scdo pro/
bamus xp̄m venisse propt imperij roma/
ni subiectionē. Nullus vtiqꝫ sane mentis
ambigit imperiū romanū fuisse longe late
qꝫ diffusum orbemqꝫ terrarum subegisse.
Nichilominus subiecit sibi illud domin⁹
iesus xp̄s cuius regni non erit finis. Im/
perator qui ꝑpe romanorū subditus est vi
cario xp̄i a quo institui ⁊ destitui potest et
ab ipso benedicitur ⁊ coronatur. vt patꝫ ꝺ
maio. et obe. in ca. solite. ⁊ in clemētina ro
mani pontificis de iureiurā. Est autē im
perator ille sup oēs reges. vij. q. i. c. in api/
bus ⁊ oēs nationes sub eo. xi. q. i. §. hec si/
qs. Ipe est princeps mūdi ⁊ dn̄s. ff. ad le/
gē rodiam. l. deprecatus. Et etiā iudei sūt
sub eo. C. de iudeis. l. iudei. ⁊ oēs prouin/
cie subijciūtur illi. lxiij. di. c. Adrianus Et
oīa sunt in potestate imꝑatoris. di. viij. c.
quo iure. Et xxiij. q. viij. c. Conuenior: Et
si obijceret aliquis cōtra dicta. Primo ꝗa
imperator ex electione habet ius in impe
rio ⁊ potest administrare ante confirma/
tionē pape. vt probat xciij. di. c. legimus. ⁊
h̄ dicit Innocen. ⁊ Hosti. extra de elec. in
c. venerabilē. Scdo qꝛ xp̄s soluit tributuꝫ
Sicut habet Mat. xvij. c. Et xxiij. q. viij.
c. tributū. Et xi. q. i. c. si tributū. Et iterum
qꝛ xp̄s dixit Joh. xix. Regnū meū nō est ꝺ
hoc mūdo. g͂ imperator n̄ subijcitur pape:
qui vicē xp̄i gerit in terris. Respōdere pos
sumus ad primū ꝙ ius qꝺ habet impera/
tor est qꝛ eligitur ab illis quos papa ⁊ ec/
clesia instituit electores. Nam illi qui eli/
gūt imperatorē a papa habēt hoc ius eli/
gendi vt in predicto. c. venerabilē. ⁊ in pre
fata clementina Romani pontifices. Ad
illud āt qꝛ solutōe tributi dicimus ꝫm glo.
in prealegato. c. si tributū ꝙ xp̄s fecit illꝺ
nō ex debito sed ne scandalizaret. Qꝺ āt
xp̄s dixerit nō esse de hoc mūdo regnū suū
verū dixit. qꝛ ante passionē cū illa verba ꝓ
tulit nō venerat ministrari: sed ministrare
⁊ humilis in forma serui cū hōibus cōuer
sari. post passionē aūt ⁊ resurrectōnē dixit
discipulis. Mat. vl. cap̄. Data est michi
omnis potestas in celo ⁊ in terra. Quare
cū papa gerat in terris vicē xp̄i superior ē
imperatore omībusqꝫ ꝑncipib⁹ terre. i qua
re perscrutandū est qꝫta fuerit virtus ⁊ po
tētia xp̄i. ꝗ nō armis ⁊ legionib⁹ militum
nō promissis bonorū tēporaliū vrbē ma/
ximā imperiūqꝫ romanū ad suū cultū at/
traxit. neqꝫ alia causa tante nouitatis da/
ri potest nisi patientia ⁊ miracula marty/
rū post predicationē aplоꝝ Petri ⁊ pauli
atqꝫ expost cōuersio miraculosa constanti/
ni Nam imperiū vsqꝫ ad eius tp̄a semꝑ i
vrbe fuit. qꝛ lepra liberatus ex deuotiōe su
scepti baptismatis data libertate eccl'ias
edificandi tēpla deoruꝫ claudi iussit. De
quo sic scribitur. xij. q. i. in. c. futuram. Uir
religiosissimus Cōstantinus ꝑmus. s. int

principes fidē veritatis patēter adeptus licentiā dedit per vniuersum orbē sub suo de gētib⁹ imperio nō solū fieri xp̄ianos: sed etiā fabricādi ecclesias ⁊ p̄dia ꝯstituit tribuēda. Deniq3 idē p̄fatus p̄nceps donaria immēsa ꝯtulit ⁊ fabricā tēpli prime sedis. i. lateranēsis s̄m glo. beati Petri instituit. adeo vt sedē imperialē relinqueret: et btō Petro suisq3 successorib⁹ ꝑfuturā concederet. hec ibi. Hic Constātin⁹ Bizantiū se ꝯtulit: que ciuitas ꝯdita fuit in trachia tp̄e Tullij hostilij tertij regis romanorū. quā ampliauit ⁊ suo noīe appellauit constantinopolim. Ex quo dicta est noua roma. vt pat3. xxi. di. decretoꝝ. c. sacrosancta. ca. cōstantinopolitane. c. renouātes. ca. diffinim⁹. Pleriq3 iudeis in hac pte deteriores negāt. Constatinū tā alte tanq3 gloriosissime ecclesiā ⁊ preter sedem sublimasse. Quos improbam⁹ ex Lactantij sentētia in p̄mo li. diuinaꝝ institutionū sic ad Cōstantinū loquētis. Hoc opus nūc nōmis cui auspicio inchoam⁹. Constātine imperator maxime qui prim⁹ romanoꝝ principiū repudiatis errorib⁹ maiestatē dei singularis ac veri et cognouisti ⁊ honorasti. S3 post istū Constātinū fuerūt tot imperatores vsq3 ad tp̄a nr̄a qui multis fauoribus: multa reuerētia: multaq3 deuotiōe xp̄m ⁊ suā ecclesiā sūt ꝓsecuti. Inter quos fuit ille Justinian⁹: qui tāta edidit in honorē dn̄i Jesu xp̄i ⁊ christiane religionis augmētū. Sicut patet in li. Codicis in cuius p̄ncipio tractat d̄ fide xp̄i tenēda. Dicit nāq3. C. de sum. tri. ⁊ fide ca. in. l. i. Cūctos populos quos clemētie nr̄e regit imperiū in tali volum⁹ religione versari quā diuinū Petrū ap̄lm tradidisse. Romanis religio vsq3 adhuc ab ipso insinuata declarat. Et ne singula cōpletcamur arguim⁹ contra iudeos. Q2 ille cui subijciēdū erat imperiū romanoꝝ est xp̄s. S3 Jesu filio virginis Marie subest imperiū romanorum ḡ ipse fuit xp̄s. Q2 imperiū romanorum sub xp̄o deberet esse probaꝫ per id qđ scribiꝫ Danielis. ij. ca. vbi habeꝫ ꝙ Nabuchodonosor vidit statuā magnā cuius caput ex auro optimo erat: pectus ⁊ brachia de argēto. porro vēter ⁊ femora ex ere. tibie aūt ferree. Et sequiꝫ. Abscisus est de mōte lapis sine manib⁹ ⁊ percussit statuā in pedibus eius ferreis ⁊ fictilibus ⁊ cōminuit eos. Per hanc statuā designanꝫ quattuor regna magna sibi in orbe succedētia s̄m ꝙ Daniel diuinit⁹ inspirat⁹ ibi exponit. Primu3 est regnū chaldeoꝝ. qđ significaꝫ per caput aureū. Secūdū est regnū persarum qđ significaꝫ per argētū. Tertiū est regnū grecoꝝ seu Alexādri: qđ significaꝫ per es. Quartū est regnū Romanoꝝ: qđ significaꝫ per ferrum. qđ subiecit sibi oīa regna mūdi: sicut ferrū domat oīa metalla. Per lapidē aūt abscisum de mōte sine manib⁹ designaꝫ ipse xp̄us siue regnū eius cui vt predicit subijciēdū erat regnū romanorū.

¶ Tertio ꝓbam⁹ xp̄m venisse ꝓpter generalē ꝯfessionē. oēs quidē natiōes mūdi xp̄m venisse affirmāt. Judei soli obstinato corde hoc acceptare nolūt qui facile cōfundi p̄nt p̄ter ea que dicta sunt ex autoritate Aggei ꝓpheta. ca. ij. vbi ait. Nolite timere q2 hec dicit dn̄s exercituum. Adhuc vnū modicū est ⁊ ego mouebo celū ⁊ terrā et mare ⁊ aridā et mouebo oēs gētes: et veniet desiderat⁹ cūctis gētib⁹: ⁊ implebo domū istā3 gloria. Et infra. Magna erit gloria domus istius nouissime plusq3 prime. Scd̄m oēs expositores Hebreoru3 iste desideratus est rex messias siue xp̄us. Loquiꝫ ergo ꝓpheta de gloria domus dn̄i edificate a iudeis post reditū captiuitatis babylonice. ergo stāte illa domo venit xp̄s q2 ꝓpheta dicit eam replēdā gloria desiderati cunctis gētib⁹ ad eam. Domus aūt illa destructa est per Titum ⁊ Vespasianū quadragesimosecūdo anno post passionē xp̄i. Insup ⁊ in p̄allegata autoritate diciꝫ. Magna erit gloria domus istius nouissime magis ꝙ̄ prime. Constat ꝙ loquebaꝫ ꝓpheta de domo edificata post captiuitatē babylonicā: vt dictū est. Ad cuius edificationē inducebat populū: ⁊ p̄dixit gloriam eius futurā maiorē ꝙ̄ fuerit glorie dom⁹ edificate per Salomonē. Hoc aūt nō pōt intelligi ꝓpter maiores diuitias seu honores vel cultū diuinū vel structuras ⁊ ornamēta. q2 status populi illo tp̄e erat q̄si nullus respectu illius status: q̄ fuit sub Salomone. Propter hoc dicitur in. ij. Hestre. Q2 sacerdotes qui viderāt p̄imā domū

lachrymabãtur aliĳs exultantibus in de/
dicatione domus scđe: quia quasi nullius
momẽti erat respectu alterius. Quare nõ
potest intelligi maior gloria eius: nisi per
aduentũ ipsius desiderati cunctis genti/
bus qui eam glorificauit presentia sua qñ
in ea fuit a matre oblatus ꝑm qđ predixe/
rat Malachias propheta iĳ. cap̃. Stati
veniet ad templũ sanctũ suũ dñator quẽ ꝫ
vos queritis ⁊ angelus testamenti quem
vos vultis. Ipsam etiã domũ honorauit
quando ibi frequẽter docuit ⁊ predicauit
Dicunt aũt aliqui iudei ad hoc ꝙ maior
fuit gloria domus secũde ꝗ̃ prime in an/
nis quia plus durauit. Sed hoc nõ valet
quia licet verũ sit ꝙ plus durauerit. ħ tñ
nõ fuit ad eius gloriã sed potius ignomi/
niã: qꝛ pluribus tẽporibus fuit concalca/
ta ⁊ dehonorata. Nam Anthiochus epi/
fanes posuit ibi abominãdũ idolum ⁊ fe
cit ibi prostibula mulierũ. sicut patet i pri/
mo ⁊ in scđo li. Machabeoꝝ. Idez dicit
Josephus libro xiĳ. antiquitatũ. Simili
ter domus ipsa fuit prophanata qñ pom/
peius cepit hierusalẽ vt diximus superiꝰ.
⁊ quãdo vltimo per Titũ fuit destructa.
Ad hoc dicũt aliqui ꝙ prima domus du/
rauit plusꝗ̃ scđa. quia plures anni fluxe/
rũt a quarto ãno Salomonis in quo fun
data est vsqꝫ ad vndecimũ annũ sedechie
in quo destructa ẽ quia fluxerũt anni qua
dringenti vigintiseptẽ ꝑm ꝙ potest cõpu/
tari per tempora regũ intermediorũ inspi
ciendo tertiũ ⁊ quartũ regũ. perfecta aũt
fuit vndecimo anno regis Salomonis. et
stetit perfecta quadringentis vigintitribꝫ
annis. Scđa ꝟo domus durauit ꝑm com
putationẽ iudeorũ quadringentis vigin/
ti annis. Quare gloria domus istius scđe
nõ aliter intelligi potest nisi vt est predi/
ctum. quia xp̃i presentia fuit illustrata et
decorata. Est insup contra iudeos perfi/
dos prophetia Danielis ca. ix. Ipse ꝗ̃ppe
angelus gabriel ex voluntate dei reuela/
uit tempus aduentus xp̃i dicẽs. Septua
ginta hebdomade abbreuiate sunt sup po
pulũ tuũ et sup vrbem sanctam tuã aut cõ
summetur preuaricatio. ⁊ finem accipiet
peccatũ ⁊ deleatur iniquitas ⁊ adducatur
iusticia sempiterna ⁊ impleatur visio ⁊ ꝓ
phetia ⁊ vngatur sanctus sanctoꝝ. ¶ Ad
quorũ verboꝝ pleniorẽ habendã notitiaꝫ
notãdũ ꝑm Nicolaũ de lira. Qđ in sacra
scriptura vnomodo accipitur hebdoma/
da pro tempore septẽ annorũ Et sic sumi
tur Leuitici. xxiĳ. ca. vbi dicitur. Qđ vĳ.
hebdomade sunt accipiende a festo pasce
que fuerũt quadraginta nouẽ dies. ⁊ i qn
quagesimo die celebrandũ est festũ pente/
costes. Aliomodo accipitur hebdomada
pro tẽpore septẽ annorũ. Et sic loquit̃ scri/
ptura de hebdomada Leuitici xxv. capiꝰ.
vbi dicitur. Numerabitis septem hebdo
madas annorũ que faciunt quadraginta
nouẽ annos. ⁊ quĩquagesimus ãnus im/
mediate sequens dicitur iubileus. nec in/
uenitur hebdomada accipi pluribus mo
dis. Non potest autẽ in dicta ꝓphetia da/
nielis accipi hebdomada primo modo qꝛ
fuisset cõpleta infra annũ ⁊ dimidiũ. ḡ per
locũ a diuisione oportet ꝙ accipiatur pro
hebdomada annorũ. ⁊ in hoc oẽs expo/
sitores conueniũt catholici ⁊ hebrei. Se/
ptuaginta ꝟo hebdomade annoꝝ faciũt
annos quadringẽtos nonaginta qđ tem/
pus preterisse nullus dubitat. Oranti er/
go danieli angelus Gabriel denũciauit li
berationẽ popl'i a captiuitate babilonica.
⁊ perfectã liberatõnẽ fiendã per christum
His oĩbus que iã retulimus territi iu/
dei ad impugnandũ nos ad alia confugi
unt ⁊ dicunt ꝙ xp̃s nõ venit. Et hoc mul/
tipliciter probare conãtur. Et primo ad/
ducunt Esaiam ĳ. ca. dicentẽ. Erit in no/
uissimis diebus preparatus mons dñi in
vertice montiũ: ⁊ eleuabitur sup' colles. et
fluent ad eum oẽs gentes. Et infra. Cõ
flabunt gladios suos in vomeres ⁊ lãceas
suas in falces. Non leuabit gens ꝯtra gẽ/
tem gladium nec exibunt vltra ad preliuꝫ
Ex istis verbis formãt quadruplex argu/
mentũ. ¶ Primũ quia dicitur hic. Erit in
nouissimis diebus. Jesus nazarenus non
fuit in nouissimis diebus. quia post nati/
tatẽ eius ⁊ mortẽ multa tempora fluxerũt
ergo nõ fuit vere xp̃s cuius aduentus pro
mittitur in nouissimis diebus. ¶ Scđm
argumentũ quia dicitur ꝙ mons dñi erit
in vertice montiuꝫ. Mons ille est mons
syon. vbi fuit templũ qui nõ est in aliq̃ ele/

natus. nam vt dicunt aliqui doctores he/
brei dñs debet apportare montē Tabor ꝛ
montem Synai ꝛ montē carmeli ad lo/
cū vbi est hierusalem ꝛ sup̄ verticē istorū
mōtiū ponere mōtē syon. hoc autē nō dū ē
adimpletū. ergo xp̄s nō venit. Tertiū ar/
gumentū quia in prefatis verbis dicitur
Flueut ad eum om̄es gētes. Sed nō oēs
gentes crediderūt in ihm̄ nazarenū. ergo
nō fuit xp̄s. ¶ Quartū argumentū q̇a se/
quitur in verbis premissis. Non leuabit
gens contra gentē ꝛc. Sed post mortem
iesu nazareni fuerūt ꝛ ī iudea bella atrocis
sima tēpore Titi ꝛ vespasiani. ḡ non fuit
vere xp̄s. ¶ Ad primū argumentū respō/
detur ꝙ dies messie in sacra scriptura di/
cūtur dies nouissimi. tūc nō solū dies mes
sie: sed etiā aliqua tēpora ip̄m precedētia
vt patet Genesis xlix. ca. Ubi patriarcha
Jacob dixit filijs suis. Congregamini vt
annūciem que ventura sunt nobis in no/
uissimis diebus. Et ibi consequenter an/
nūciat nō solum aduētū xp̄i: sed etiā mul
ta que adimpleta sunt tēpore regum isrl'.
ꝛ iudicum. ¶ Ad scd̄m dicendū. Qđ ele/
uatio montis syon nō est intelligenda s̄m
eleuationē localem. sed s̄m nobilitatē ꝛ ex
timationē. prout etiā exponit Rabi salo/
mon. Eleuatō ergo illa fuit multitudo si/
gnorum ꝛ claritas miraculorum que xp̄s
operatus est in monte syon. Ibi namq̄ il
luminauit cecum natū. ibi sanauit langui
dum in probatica piscina. Ibidem sp̄m
sanctū ap̄lis dedit. ¶ Ad tertiū ꝓo dici/
mus ꝙ ibi est distributio pro generib⁹ sin/
gulorū: nō pro singulis generū. Sicut di/
citur: om̄e animal fuit in archa noe. q: de
singulis speciebus aīaliū fuerūt ibi ali/
qua indiuidua. Similiter de om̄ibus ge/
neribus aliqui crediderūt xp̄o. vt patet p̄
diffusionem fidei in toto orbe. Aliter po/
test dici ꝙ om̄es in sacra scriptura intelli/
guntur multi. Un̄ ij. Regū vij. ca. Dixit
absolon ꝛ om̄es viri israel. melius est con/
siliū chusi. ꝛc. Certū est em̄ ꝙ nō erāt oēs
filij israel ibi presentes: sed multi sic est in
proposito. ¶ Ad quartū respōdetur ꝙ cir
ca tēpora xp̄i fuit pax diuturna sicut ostē/
ditur in sequenti sermone. Et vbi dicitur
Non leuabit gens contra gentē gladium
ꝛc. Aduertertendū ꝙ vltra non importat
pacis eternitatē sed diuturnitatē. Un̄ iiij
Regum vi. ca. Ultra nō venerūt latrones
sirie in terrā israel. qđ dicitur propter diu/
turnitatē: nō propter eternitatē. q: postea
frequēter legūtur inuasisse terram israel ꝛ
depredasse iiij. Regū xiij. ¶ Scd̄o iudei cō
tra nos inducūt ad hoc verba Esaie. c. xi.
dicentis. Egredietur virga đ radice iesse
ꝛc. vbi loqnitur de aduētu messie s̄m oēs
Et sequitur ibidē. Habitabit lupus cū
agno ꝛ pardus cū edo cubabit. Et sequit'
Et delectabit' infans ab vbere super fora/
men aspidis. Et in cauerna reguli qui ab
lactatus fuerit. manū suā mittet. Dicunt
iudei ꝙ ī aduētu xp̄i aīalia siluestria sic de
berent domesticari. ꝙ pacifice habitabūt
cū animalibus naturaliter māsuetis. Et
ꝙ animalia venenosa nō nocebūt hoībus
vel pueris: imo infantes secure ludent cū
eis. Et hoc non est impletū. ergo christus
non venit. Respondetur ꝙ ista est locutio
metaphorica. ꝛ nominant' ibi hoīes nomi
nibus aīaliū. Sic. Geñ. xlix. Bengia/
min lupus rapax. Et dan sicut coluber in
via. Sic ad propositū est dicendū. q̇a iu/
dei et gentiles qui erant prius adinuicem
nociui ꝛ odiosi pacifice simul habitaue/
rūt ꝯuersi ad fidē xp̄i. Unde scribit' Act.
iiij. Multitudinis credētiū erat cor vnū
et anima vna. Et eodē modo dicendū est
de pueris ꝛ animalibus venenosis. quia
simplices ꝛ puri nō ledūtur ab eis q̇ ante
conuersionē ad fidē xp̄i erant veneno infi
delitatis ꝛ perfidie repleti. Qđ autē talis
modus loquēdi sit in predicto ca. patet p̄
id qđ ibi premittitur. quia stirpem vocat
radicē iesse ꝛ xp̄z florē. Silr' metaphorica
ē locutio. Erit iusticia cingulū lūborꝫ ei⁹.
¶ Tertio iudei arguūt ꝯ nos. q: Zach. vi.
c. scribit'. Ecce vir oriēs nomē ei⁹. vbi trās
latio chaldaica hꝫ messias nomē ei⁹: Et se
quit' text⁹. Et edificabit tēplū dño. Sꝫ ie/
sus nazaren⁹ ñ edificauit aliqđ tēplū dño
ḡ nō fuit xp̄s. Rñdet' ꝙ edificauit tēpluꝫ
đ lapidib⁹ viuis ꝛ spūalib⁹. vicꝫ đ ip̄is fi/
delib⁹ ꝛ tal' edificatō ꝯueniebat xp̄o: q̄ ē p̄
fectissima. q: regnū ei⁹ ē spūale ꝛ sic ei⁹ tē/
plū Rabi tñ salomon dic̄ ꝙ hec autoritas
intelligit' de tēplo scd̄o edificato p̄ zoroba/
bel. Ego ꝓo dico ꝙ etiā si intelligat' đ xp̄o

adhuc litteraliter est impleta. qꝛ xp̄i virtu
te edificata sunt in honorē dei nō vnū: sed
tot vbiq̄ꝫ terraꝝ ꝛ potissimū in vrbe roma
templa mirifica. Et non est incōueniēs ꝙ
aliqñ ponaꝛ singularis numerus pro plu
rali. ꝛ ecōuerso. ¶ Quarto opponūt se no/
bis iudei allegātes illud qđ habeꝛ Deuꝛ
xxx. ca. Si ad cardines celi fueris dissipa
tus inde retrahet te dn̄s deus tuus. ꝛ assu
met atq̄ꝫ introducet in terrā quā posside/
runt p̄res tui. Ex hoc ipsi inferūt. Cum si
mꝰ dispersi per totū mūdū ꝛ nō cōgregati
sequiꝛ ꝙ nō venit xp̄s. Dicēdū ꝙ istđ fuit
adimpletū in reductiōe eoꝝ de captiuita/
te babylonica. Sꝫ ꝯtra hoc obijciūt per il/
lud qđ habeꝛ Ezechiel. xxxix. ca. Sciēt ꝙ
ego dn̄s illoꝝ. eo ꝙ trāstulerim eos in na/
tiones: ꝛ cōgregauerim eos suꝑ terrā. ꝛ nō
dereliquerim queq̄ꝫ ex eis. ibi in captiui
tate babylonica multi remāserūt. ꝛ nō oēs
reuersi. Respōdeꝛ ꝙ tūc fuit impletū illud
qđ dictū est. qꝛ nulli fuerunt ibi derelicti q̄
voluissent reuerti. Nam Cirus qui erat
monarcha in oib; illis regnis dedit licētiā
generaliꝛ oib; redeūdi. imo dedit munera
reuertētib;. vt patꝫ Hesdre. i. ca. Et ideo
cōpletū ē verbū Moysi ꝛ Ezech. qꝛ nul/
lus derelictꝰ est ibi q̄ voluit reuerti. Qui
aūt noluerūt indigni fuerūt beneficio dei
¶ Qinto iudei obijciūt per illud qđ habe
tur Hiere. xxiij. ca. Ecce dies veniūt dicit
dn̄s ꝛ suscitabo Dauid germē iustū. qđ in
telligiꝛ de xp̄o. Et sequiꝛ ibidē. In diebus
illis saluabiꝛ iuda: ꝛ israel habitabit ꝯfi/
denter. Sꝫ nunq̄ꝫ tot miserie acciderūt fi/
lijs israel sicut post mortē Jesu nazareni.
ergo nō fuit xp̄s. Respōdeꝛ ꝙ ꝓprie loquē/
do nō erāt filij israel ꝛ iuda. qꝛ erāt auersi
a deo ex eo ꝙ xp̄m negauerāt ꝛ occiderāt.
ꝓpter qđ ꝛ illā miseriā meruerūt. Alij autē
qui vere erāt filij israel ꝛ iuda vere salua/
ti sunt. qꝛ xp̄m receperūt. nec soluꝫ saluati
sunt spiritualiꝛ sꝫ etiā corꝑaliter. Nam sic
diciꝛ in historia eccl'iastica. Imminēte de
structiōe ciuitatꝭ hierosolomytane facta ꝑ
Titum. ammoniti sunt fideles qui erant
in iudea ꝑ angelū: vt trāsirēt in regnū regꝭ
agrippe q̄ erat ꝯfederatꝰ romanis. Et etiā
illi qui de regno xp̄i sunt habitāt ꝯfidēter
in paradiso. ¶ Sexto iudei dicūt ꝙ xp̄us
nō venit ꝓpter illud qđ habeꝛ Daniel. vij.
ca. Aspiciebā in visione noctis: ꝛ ecce cum
nubib; celi quasi filius hois veniebat. hoc
intelligiꝛ de xp̄o. Sꝫ Jesus nazarenꝰ non
venit in nubib; celi. ergo nō fuit xp̄s. Ad
hoc dicēdū ꝙ scriptura loquiꝛ de duplici
aduētu xp̄i. scꝫ in mūdū ꝛ ad iudiciū. Pri
mus aduētus describiꝛ cū humilitate. Se
cundus autē cū excellētia ꝛ ꝑtāte. Daniel
aūt loquiꝛ de secūdo aduētu. Qđ patꝫ. qꝛ
paulopost dicit. Judiciū sedit ꝛ libri aper
ti sunt. Judei aūt excecati nesciūt hunc du
plicē aduētū distinguere. ꝛ ideo multa er
ranea dicunt. nam aliqui expectāt xp̄m in
aduētu suo in tāta virtute apparere ꝛ ꝑtā/
te ꝙ oia terrena sibi subijciet: ꝛ eos libera/
bit ꝛ regnū eoꝝ restituet. ꝓpter qđ etiā xp̄i
discipuli post eius resurrectionē querebāt.
Dn̄e si in tēpore hoc restitues regnū israel
Actuū. i. ca. Alij aūt ꝓpter scripturas que
manifeste loquunꝛ de xp̄i humanitate et
passione. ꝛ ꝓpter illas que loquunꝛ de eius
eminētia et ꝑtāte expectāt duos messias.
Unū qui erat occidēdus. Et aliū qui illū
resuscitabit: ꝛ regnum israel restaurabit.
Sꝫ hoc de scripturis nō habꝫ autoritatē.
licet eni plures dicti sint messie siue vncti:
qđ idē est. vt Dauid ꝛ Saul ꝛ quidā alij.
nullus tn̄ in scriptura diciꝛ vēturus ad sa
lutē populi nisi vnus. ¶ Septimo iudei
arguūt ꝙ xp̄s nō venit ꝓpter illud qđ scri/
biꝛ Esa. xxx. ca. Erit lux lune sic lux solis:
et lux solis septēpliciter. que verba dicūt ꝙ
in aduētu xp̄i debeat fieri immutatio cor/
poꝝ celestiū. Sꝫ talis immutatio nō fuit
facta in aduētu nazareni. ergo xp̄s nondū
venit. Dicēdū ꝙ illa verba loquunꝛ de ad
uentu xp̄i ad iudiciū. Tunc eni mutabū/
tur ꝛ innouabunꝛ quodāmō corpora cele/
stia. Et tunc sanabiꝛ vulnus populi ꝛ per/
cussura plage eius. vt diciꝛ in textu. qꝛ tūc
destrueꝛ mortalitas per pctm̄ primoꝝ pa/
rentū inducta. qꝛ omēs hoies resurgēt ad
vitam immortalē. ¶ Octauo impugnāt
nos iudei ex dicto Dauid in psal. lxxxviij.
vbi habeꝛ. Sic ponā in seculū seculi semē
eius. Sed Jesus nazarenꝰ nō habuit fi/
lios. ergo nō fuit xp̄s. Respondēdū ꝙ ha
buit filios spirituales per fidē nō per car/
nalē ꝓpagationē que sꝑ habꝫ turpitudinē

ↄiunctã. Et talis filiatio spiritualis ↄpetit ei. De tali etiã spirituali filiatiõe loquitur David in ps̃. lxxxi. Ego dixi dij estis: ⁊ filij excelsi omẽs. Dictũ sit pro ista parte de xp̃o qui venit. Jam ad tertiũ errorẽ delendum procedamus.

¶ Qd̃ prophete predixerũt christum passurum pro salute generis humani.

Capitulum. III.

TErtio errant iudei circa christum incarnatũ quantũ ad passibilitatẽ. Verbũ siquidem crucis scãdalũ est eis qui nullam excusationẽ habere possunt amoniti ⁊ edocti anteq̃ christus venisset per dicta prophetarũ de mysterijs passiõis eius Ut autem incredulitatẽ eorum viriliter confutemus aduertendũ est ꝙ passio christi in veteri lege fuit verbis propheticis ⁊ figuris multipliciter presignata. Et hoc quantũ ad tria.

¶ Primo quantũ ad initiũ.
¶ Secundo quantũ ad progressum.
¶ Tertio quantũ ad terminũ.

¶ Primo passio xp̃i fuit in veteri lege verbis prophetarũ ⁊ figuris prenunciata q̃ntum ad illius initium in quo ponuntur septem veritates.

¶ Prima est ↄcilij ↄgregatiõe.
¶ Secunda de iude venditiõe.
¶ Tertia de xp̃i egressione.
¶ Quarta de vehemẽti ↄtristatiõe.
¶ Quinta de trina oratiõe.
¶ Sexta de angeli apparitiõe.
¶ Septima de sanguinis sudatiõe.

¶ Prima veritas passiõis xp̃i est de ↄcilij congregatiõe. de qua dicit Mattheus. ca xxvij. Conciliũ inierunt omẽs principes sacerdotum contra iesum: vt eum morti traderent. Et Johannis. xij. ca. Collegerunt pontifices ⁊ pharisei conciliũ. Hoc predixit patriarcha Jacob Genesis. xlix. c. sic. Symeon ⁊ Leui fratres vasa iniquitatis bellantia in consilio eorũ non veniat anima mea: q₂ in furore suo occiderunt virum. Maledictus furor eorũ quia pertinax: ⁊ indignatio eorum quia dura. Nicolaus de lira super. xi. cap. Johãnis inquit. Põtifices erãt de tribu Leui. pharisei pro magna parte de tribu Symeon Et alia ꝓphecia dauid in psal. xxi. vbi dicit. Circũdederunt me canes multi: consiliũ malignantiũ obsedit me. Et iterũ Sapientie ij. cap. scribitur Dixerunt impij: cõueniamus iustũ: quoniã inutilis est nobis: ⁊ cõtrarius operibus nostris. Hiere. insuper xi. ca. ita in persona christi locutus ẽ. Super me cogitauerunt consilia dicentes. venite mittamus lignũ in panẽ eius: ⁊ eradamus eum de terra viuentiũ. Lactantius ꝗ̃rto libro. iiij. inducit Sibillã ita vaticinãtem. Inierunt consiliũ detestandũ: vt priuarẽt eũ vita: qui vt eos iustificaret aduenerat. ¶ Secunda veritas passiõis christi est de iude venditiõe. de qua d̃r Mat. xxvi. ca. ꝙ proditor ille neq̃ vendidit xp̃m triginta argenteis. Hoc vtiq̃ fuit figuratum in Joseph. de quo habet̃ Gen̄. xxxvij. ca. ꝙ extrahentes eũ fratres sui de cisterna vendiderũt ismahelitis triginta argenteis. Et istud prenũciauit Zacharias in persona xp̃i. cap̃. xi. vbi ait. Appenderunt mercedẽ meã triginta argenteos. ¶ Tertia veritas est de christi egressiõe. de qua sic scribit̃ Johannis. xviij. cap̃. Egressus est iesus trans torrentẽ cedron. Hoc figuratũ fuit. ij. Reg. xv. c. vbi habet̃. ꝙ rex dauid transgrediebat̃ trans torrentẽ cedrõ omẽs autẽ viri qui erãt cum eo flebant. Et iterũ tertij Regũ. ca. ij. Fuit dictũ Semei: quocunq̃ die transgredieris torrentẽ cedron scito te interficiendũ. ¶ Quarta veritas est de vehementi contristatiõe. de qua dicit̃ Matth. xxvi. cap̃. Cepit contristari ⁊ mestus esse. et ait illis. Tristis est anima mea vsq̃ ad mortẽ. Hoc figuratũ fuit in helia dũ fugiebat persecutionẽ Zezabelis postq̃ peruenit ad speluncã qui dixit domino. vt scribitur tertij Regũ. xix. cap̃. Derelictus sum ego solus ⁊ querunt animã meã vt auferant eam. Et hoc predixit Hieremias in persona christi Threnorũ. i. ca. Vide domine afflictionẽ meã quoniã conturbatus sum. Et Daniel. vij cap̃. Cogitatiõibus meis contristabar, ⁊ facies mea immutata est in me. ¶ Quinta veritas est de trina oratiõe. Dicitur em̃ Matth. xxvij. cap̃. Orauit tertio eundẽ sermonẽ dicẽs: Hoc figuratũ fuit i dauid

de quo dicitur primo Regū.xx.ca. Cadēs
Dauid pronus in terrā orauit tertio. Et i
Daniele qui vt scribit eiusdē.vi.ca. Tri/
bus vicibus in die flectebat genua sua.
¶ Sexta veritas est de angeli apparitiōe.
de qua dicit Lucas.xxij.cap. Apparuit illi
angelus de celo ꝯfortans eum. Hoc figu/
ratū fuit in gedeone Cui vt scribitur Ju/
dicum.vi.ca.apparuit angelus dicens. do
minus tecum virorū fortissime. Et in Jo
sue cui dixit deus. Josue.i.ca. Confortare
⁊ esto robustus.noli timere quia tecū est
dn̄s deus. Et hoc predexit Daniel.x.cap̄.
loquens in persona christi Tetigit inquit
me quasi visio hominis: ⁊ confortauit me
⁊ dixit.noli timere.pax tibi. ꝯfortare ⁊ esto
robustus. ¶ Septima veritas est de san/
guinis sudatione. Ait em̄ Lucas.xxij. ca.
Factus est sudor eius sicut gutte sanguis
currentis in terrā. De hoc dixit Esa.ix. c.
Vestimentū tuū mixto sanguine. Et Eze
chie.xvi.ca. Vidi te conculcari in sangui/
ne tuo. ¶ Secūdo passio christi fuit in ve/
teri lege verbis prophetarū ⁊ figuris pre/
monstrata quantū ad illius progressum
in quo ponunt septem veritates.
¶ Pria de iudeoꝝ ⁊ ministroꝝ prostratōe.
¶ Secunda de xpi ligatiōe.
¶ Tertia de maxille percussiōe.
¶ Quarta de falsa testificatiōe.
¶ Quinta de impia derisiōe:
¶ Sexta de crucis baiulatiōe.
¶ Septima de amara potatiōe.
¶ Prima veritas est de prostratiōe iudeo
rum ⁊ ministrorū qui voluerunt capere ie
sum. de qua sic scribit Johannis.xviij.ca.
Abierunt retrorsum ⁊ ceciderunt in terrā
De hoc est prophetia Hiere.qui.xx. cap̄.
ait. Dominus mecū quasi bellator fortis.
idcirco qui persequuntur me cadent ⁊ in/
firmi erunt. ¶ Secunda veritas de chri/
sti ligatiōe, de hac dicitur Johannis.xviij
ca. Ministri iudeorū comprehenderunt
Jesum ⁊ ligauerūt eum. Hoc figuratum
fuit Judicū.xv.ca. in philisteis qui liga/
uerunt Sampsonē. Et hoc prophetauit
Hieremias.c.xij.dicens. Dedi dilectam
animā meā in manu inimicorū. Et Eze/
chiel.iij.cap̄.dixit. Ecce data sunt super te
vincula ligabunt te in eis: ⁊ nō egredieris
de medio eorū. ¶ Tertia veritas de maxil
le percussione scribit eni. Johan.xviij.ca.
Tunc vnus assistens ministrorum dedit
alapā iesu dicens. Sic respōdes pōtifici.
figuratū hoc fuit iij. Re.xxij.ca. Quando
sedechias rex ꝑcussit Micheam ꝓphetā
in maxillā. Et ipe micheas v.ca. istud ꝓ/
nunciauit. Sic ꝑcutient maxillā iudicis
israel. Et iterū Sibilla quam supius alle
gauimus ait Et in manus impias infide
lium veniet. dabūt aūt deo alapas icestis
manibus ¶ Quarta veritas ē de falsa te/
stificatiōe. vt em̄ refert Math.xxv.capi/
Nouissime aūt venerūt duo falsi testes: q
⁊ dixerunt. hic dixit. possum destruere tem
plū dei. Hoc ꝓuidit in spū Dauid. cū di/
xit in psal.xxvi. Insurrexerūt in me testes
iniqui: ⁊ mentita est iniqtas sibi. Et Ose/
as.ca.vij. ait. Ego redemi eos ⁊ ipi locuti
sunt cōtra me mendacia. ¶ Quinta veri/
tas est de ipia derisiōe Dicit nāq Mat.
xxvij.ca. Tūc expuerūt in faciē eius ⁊ cola
phis eū ceciderūt. Alij autē palmas in fa
ciem eius dederūt dicētes ꝓphetisa nobis
xpe quis est q te ꝑcussit. Hoc ꝓphetatum
est nā Dauid in psal.xxi. ita in ꝑsona xpi
loqtur. Omnes vidētes me deriserūt me
locuti sunt labijs ⁊ mouerunt caput. Eze
chiel aūt xij.ca. ita vaticinatus est. Faciē
tuā velabūt ⁊ nō videbis terrā. Et sibilla
de qua paulo ante retulimus ita sequitur.
Impurato ore expuēt venenata sputa da/
bit vero ad verbera simplicit sanctū dor/
sum ⁊ colaphas accipiēs tacebit. ne quis
agnoscat quod verbū sit. vel vnde veniat
vt inferis loquatur ⁊ corona spinea coro/
netur. ipa em̄ insipiēs gens deū tuū nō co/
gnouisti: sed spinis eū coronasti. ⁊ horridū
illi fel miscuisti. ¶ Sexta veritas de crucis
baiulatione. Ait em̄ Johā.xix.ca. Baiu/
lans sibi crucē exiuit in eū qui dicitur cal/
uarie locus. Huius figura ꝑcessit quando
tulit abraā ligna ⁊ imposuit sup ysaac fili
um suum. Predixit hoc etiā Hieremias
Ego quasi agnus qui portat ad victimā
¶ Septima veritas de amara potatione.
de qua mat. xxvij.ca. dicitur Dederunt ei
bibere vinū mirrhatū cū felle mixtū. Hoc
expressit Dauid loquēs in ꝑsona xpi ps.
lxviij. Dederunt in escam meā fel: ⁊ in siti

mea potauerũt me aceto. Et hoc insuper predixit Hieremias Threnorũ.iij.ca. Recordare paupertatis ꝛ transgressionis. id est afflictõis mee absinthij ꝛ fellis. ¶ Tercio passio christi fuit in veteri lege verbis propheta℞ ꝛ figuris preostensa quantũ ad eius terminũ in q̃ ponunt septẽ veritates.
¶ Prima est de crucifixiõe.
¶ Secunda de clemẽti oratiõe.
¶ Tertia de vestimẽto℞ diuisiõe.
¶ Quarta de flebili lamentatiõe.
¶ Quinta de pͥtereuntiũ blasphematiõe.
¶ Sexta de spiritus emissiõe.
¶ Septima de planctu ꝛ ↄpassione.
¶ Prima veritas ponitur Luce. xxiij.ca. vbi dicit. Crucifixerũt eum. Hanc expressit Dauid in psal.xxi. Foderũt inquit manus meas ꝛ pedes meos dinumerauerũt om̃ia ossa mea. Que verba vt asserit Lactantius libro.iiij.nõ de se locutus est propheta. Fuit em̃ rex ꝛ nunq̃ illa perpessus est. spiritus dei per illũ loquebat qui erat illa passurus post annos mille ꝛ quinquaginta. tot em̃ colligunt anni a dauid vsq̃ ad crucẽ christi. Et Zacharias propheta xij.ca.ita dixit. Aspicient ad me quẽ confixerũt. Et idẽ.xiij.cap Que sunt iste plage in medio manuũ tuarũ. ꝛ dicet his plagatus sum in domo eorũ qui me diligebant. id est diligere debebant. ¶ Secunda veritas de pia oratõe. vt em̃ refert Lucas. xxiij ca. Pro crucifixoribus orauit dicens. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciũt Hoc clare predixit Esaie ca.liij. Ipse inq̃t pro transgressoribꝫ orauit. ¶ Tertia veritas de vestimento℞ diuisione. de qua ait Mattheus. xxvij.ca. Diuiserunt vestimenta eius mittentes sortẽ. quod a dauid psal.xxi. apertissime fuit predictũ. Diuiserunt sibi vestimẽta mea: ꝛ super vestẽ meã miserunt sortẽ. ¶ Quarta veritas de flebili lamentatõe. vt em̃ scribit Mattheus xxvij. ca. Clamauit voce magna dicens: Deus deus meus quare me dereliquisti. Et de hoc predixit dauid in psal.xxi. q̃ ad litterã intelligit de christo. vt plene dixi in sermone de passiõe in quadragesimali nostro. ¶ Quinta veritas de pretereuntium blasphematiõe. ait em̃ Mattheus. Pretereuntes blasphemabãt cũ mouentes capita sua ꝛ dicentes. Salua temetipm̃ si filius dei es descende de cruce. Hoc Hieremias ca.xx. ꝓphetauit dicens Factus sum in derisum tota die om̃es subsannabãt me audiui em̃ ↄtumelias multorũ ꝛ terrorũ in circuitu. ¶ Sexta veritas de spirit⁹ emissione vt scribit Johãnis. xix. ꝛ Luce. xxiij ca. Inclinato capite emisit spiritũ. Et hoc vtriq̃ sic predixit Esa.ca.liij. Tradidit in mortẽ animã suã. ¶ Septima veritas est de planctu ꝛ ↄpassione. Dictũ quippe fuit virgini gloriose a Symeone iusto. vt patꝫ Luce.ij. Tuã ipsius aiaꝫ pertransibit gladius. quod impletũ fuit dum filiũ vnigenitũ in cruce pendentẽ amarissimis querelis defleuit. Hoc ꝓphetauit Hiere.ix.c.dicens. Vox lamentatiõis audita est de syõ Et Zachari.xij. ca. qui ait. Plangẽt eum ꝛ dolebunt super eũ: vt doleri solet in morte primogeniti. Sed obstinatissimi iudei preallegatas ꝓphetias de christo intelligi debere sua malicia negãt quos tamẽ facile ↄuincere possum⁹ ex verbis Rabi moysi q̃ in libro directiõis perplexo℞ ait. Oẽs ꝓphete nõ sunt locuti nisi ad dies messie. Verũtñ ne diu ↄtendamus cum ipsis afferamus in mediũ Esa. ꝓphete vaticinia q̃ de xp̃o ꝓ generis humani salute passuro luculentissime est locutus. Nam.c.ix. postq̃ predixit xp̃m ventu℞ deũ ꝛ hoĩem subdidit. Et factus ẽ pͥncipatus sup humerũ ei⁹.s. crucẽ sibi baiulãdo p quã pͥtates aereas debellauit. ꝛ regnũ suũ potẽter intrauit. fm illd̾ Lu.vl.c. Oportuit pati xp̃m ꝛ resurgere a mortuis: ꝛ ita intrare ĩ gloriã suã. Et.liij.c.inq̃t. Dñe q̃s credidit audi tui nr̃o.i. passionis xp̃i mysterio: qd̾ ego ꝛ alij ꝓphete audiuim⁹ a spũsancto. Et brachiũ dñi cui reuelatũ est q̃si dicat paucis. Et ascendat sic̄ virgultũ corã eo.s.xp̃s corã deo p̃re. ꝛ sicut radix.s. sursũ fructificãs de terra sitiẽti. i. de virgine nõ humectata vel fecundata humano semine. ꝛ nõ est ei species neq̃ decor.s.in passiõe. Et vidim⁹ eũ ꝛ nõ erat aspectus: ꝛ desiderauimus eũ despectũ ꝛ nouissimũ viro℞. virũ doloruꝫ ꝛ scientẽ infirmitatẽ: ꝛ quasi absconditus vultus eius ꝛ despectus. scilicet pre verecundia. vñ nec reputauimus eũ Vere lan

guores nostros tulit: ⁊ dolores ipe porta/
uit: ⁊ nos reputauimus eum quasi lepro/
sum ⁊ percussum a deo ⁊ humiliatū. Ipe
aūt vulneratus est propter iniquitates no
stras ⁊ attritus propter scelera. disciplina
pacis nostre super eū. ⁊ liuore eius sanati
sumus. Oēs nos quasi oues errauim⁹.
vnusquisq3 in viam suā declinauit ⁊ dn̄s
posuit in eum iniquitatē omniū nostrum.
Confundanť itaq3 iudei reprobi: qui pas/
sionē christi deridere solent. ⁊ inspiciāt p̄/
terea que dicta sunt q̄ ob nullam aliā cau
sam in natōnes dispersi sunt cum oppro/
brio abieccione ⁊ ignominia nisi quia chri
stum dn̄m crucifixerūt. Nos vo qui chri/
stiani sumus pio effectu colamus eum qui
nos participes efficiat regni celestis i quo
gloriosus triumphat deus ⁊ homo per in
finita secula seculorū. Amē.

¶ Sermo septimus de iocundissima nati
uitate saluatoris nostri dn̄i iesu christi filij
dei ⁊ virginis gloriose.

Paruulus natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis. Esaie prophete vaticinantis de christo dn̄o nostro verba sunt ista cap. ix. Sonuit vox leticie in terra nostra vox exultationis aduenit. Auditū est verbū suaue oīm iocunditate repletū. Jesus christus filius dei in bethleem iude de virgine natus est. Jubilate deo oēs hoīes mūdi: ⁊ laudate nomē sāctū eius. Ad hanc spiritualē habendā leticiam inuitat cunctos sancta mater ecclesia: que verbis vtitur sancti Leonis pape in sermone de natiuitate dicentis. Saluator noster hodie dilectissimi natus est: gaudeamus. Neq3 eīm phas est locū esse tristicie vbi natalis est vite: que cōsumpto mortalitatis timore ingerit nobis de promissa eternitate leticiā. Nemo ab huius alacritatis participatōe secernitur. vna cunctis leticie ꝯmunis est ratio. Quia dn̄s noster iesus christus mortis peccatiq3 destructor: sicut nullū a reatu liberū reperit ita liberādis oīibus venit. Exultat sanctus quia appropinquat ad palmā. Gaudeat peccator: quia inuitatur ad veniā. Animeť gentilis: quia vocatur ad vitā. Hec ille. Ut ergo excitentur omniū corda: ⁊ hauriam⁹ aquas in gaudio de fontibus saluatoris. in presenti sermone de singulari colendissimaq3 christi natiuitate dicemus. de qua propheta Esaias predixit verba proposita. In quibus tria principaliter contemplari debemus.

¶ Primo xp̄m nascentem.
¶ Secundo virginē parturientē.
¶ Tertio visionē apparentē.

¶ De paruitate corporis christi ⁊ qualiter christus assumpsit carnē de materia nobis ꝯformi: ⁊ de humilitate ipius nascentis respectu temporis loci ⁊ habitaculi.

Capitulū. I.

Primo contemplari debemus christū nascentē in quo mente pia considerare licet ad hec tria.

¶ Primo ipius paruitatē.
¶ Secundo conformitatē.
¶ Tertio humilitatem.

mõ nõ dicitur deus esse in oĩbꝫ irrationa/
bilibus creaturis: sed in aliquibus. Nam
est quoddã signũ institutũ ad significan/
dam p̃sentiam diuinã quo ad aliquẽ effe
ctum: ⁊ hoc simpliciter ⁊ nõ ad tpus. sicut
est in sacramentis que instituta sunt ad si
gnificandã pñtiam diuinam siue spm̃san
ctum quo ad aliquẽ effecum gratie. Uñ
quotienscũqꝫ transeũt verba suꝑ elemen/
tũ ad hoc institutũ eo modo quo institu/
tũ est habet rõnem sacramenti. Unde sa/
cramentũ baptismi institutũ est in aqua
vt semꝑ habeat fieri in aqua ⁊ nõ in alio
elemento. ⁊ sic de aliĳs. Et hoc modo dici
tur deus esse in satramẽtis alio modo q̃
in creaturis aliĳs irrationabilibꝫ. Unde p̃
ter illũ modũ quo est ibi sicut causa in effe
ctu est etiam sicut signatũ in signo. ⁊ ad
h̃ specialiter ⁊ ad semꝑ instituto. Est aũt
aliud signũ institutũ ad significandã p̃/
sentiam diuinam. nõ q̃ntum ad omne tps
sed q̃ntum ad aliquod tps. Et hoc modo
dicitur fuisse spũssanctus in columba. flatu

⁊ igne qñ apparuit suꝑ xp̃m ⁊ suꝑ aplos.
Non eñ columba assumpta signũ erat natu
rale: sed institutũ a deo siue a spũsancto
ad significandã pñtiam suã nõ semꝑ. sed
ad tpus. s. q̃diu mansit suꝑ xp̃m Et ipsa
assumptio ad hoc demonstrandũ erat eiꝰ
institutio. Et q̃diu fuit assumptio. tãdiu
fuit signum. Erat ergo spũssanctus in co
lumba sicut signatũ in signo instituto si/
ue assumpto ad tpus ad eius pñtiam de/
monstrandã. In xp̃o aũt erat deus nõ so/
lum sicut in signo: sed sicut vnitus carni
vnitate ꝑsonali. ⁊ hoc nõ ad tps: sed ad semꝑ
Et hic est modus singularis qui nõ repe/
ritur in alia creatura. Sed nõ admittunt q̃
dicta sunt pleriqꝫ curiosi dicentes. ꝙ cum
eque nobilis sit ꝑsona spũssancti sicut ꝑso
na filĳ. ergo in eque nobili creatura debu/
it manifestari spũssanctus sicut manifesta
tus est filius. Ad quod ita respondet ale/
xander. ꝙ assumptio carnis nõ ordinabatur
solum ad ostendendã pñtiam filĳ in car/
ne: sed ad satisfaciendũ ꝓ humano genere
⁊ ad recouciliandũ humanũ genus deo.
Oportuit aũt ꝙ ille q̃ satisfaceret esset deus
⁊ homo. deus q̃ poterat ⁊ homo qui debe
bat. Similiter vt ille q̃ erat mediator in/
ter deũ ⁊ hominẽ esset deus ⁊ homo. Et iõ
filius apparuit vt vnitus illi nature ꝓ q̃
debebat satisfacere. Sed assumptio colũ/
be siue alterius creature nõ ordinabatur:
nisi ad ostendendã pñtiam spũssancti ad
testimoniũ inhabitationis xp̃i vel aplos
eius. Unde erat in illa creatura vt p̃dixi/
mus sicut signatum in signo nõ in vnione
ꝑsone. Quia ergo nihil est ꝑfecte deo vni/
bile nisi beatificabile ⁊ hoc solum est sub/
stantia rationalis per quã debebat fieri re
demptio ⁊ reconciliatio. Ideo filius appa
ruit solum in creatura rõnali ⁊ nõ quacũ/
qꝫ: sed reparabili. Sed signationi siue de/
monstrationi pure. magis ꝯuenit creatu/
ra irrationalis q̃ rationalis. ne forte cre/
deretur vnita vnitate personali sicut filius.
Et ideo spũssanctus apparuit in creatu/
ra irrationali tm̃. Insuꝑ cõgruebat vt si/
cut erat distinctio ꝑsonarũ ita esset distin/
ctio signoꝝ: vñ qꝛ filius apparebat in na/
tura humana nõ debuit spũssanctus ap/
parere in illa nec in angelica. quia nõ erat

vnibilis. ¶ Terciū excellens signū qđ ap/
paruit in baptismo christi dicitur paterne
vocis auditio. Audita quippe fuit vox pa
tri dicentis. Hic est filius meus dilectus.
scʒ naturalis. Alij aūt sunt adoptiui in q̊
mihi bene complacui. id est in quo volun/
tas mea complebit̄ de salute generis hūa/
ni. Ubi claret ꝙ in baptismo christi tota
trinitas apparuit. vt dicit Nicolaus de ly
ra sup. i. ca. Marci. Parter in voce. spūs/
sanctus in columbe specie ꝛ filius in car/
ne. Et ꝑ talem apparitionem trinitatis de
mōstratū fuit ꝙ baptismus quo baptisan
tur fideles ꝯsecrat̄ in inuocatione ꝛ virtu
te trinitatis. ꝺm illud Math. vlti. Eun/
tes docete oīs gentes baptizantes eos in
noīe patris ꝛ filij ꝛ spūssancti. Hylarius
autē sup Math. ita pulchre loquit̄. Sup
iesum baptizatū descendit spūssanctus et
vox patris audita est dicentis. Hic est fili
us meus dilectus. vt ex his que ꝯsumma
bant̄ in christo cognosceremus post aque
lauacrum ꝛ de celestib⁊ partib⁊ sanctum in
nos spm̄ aduolare ꝛ paterne vocis adop/
tione dei filios fieri. Notandū vero hic est
ꝓpter vocabulū apparitionis ꝺm Alexan/
drum in ꝑmo summe. ꝙ apparitio aliqñ dī
manifestatio facta in aliquo effectu intelli
gibili oblato intellectui. Et sic dicit̄ Sap̄.
i. ca. Apparet autē his qui fidē habent in
illum. Secūdo apparitio dicit̄ manifesta/
tio facta in aliqua similitudine corꝑali ob
late imaginationi. Et hoc modo dicitur
Math. ij. ca. Angel⁹ dn̄i apparuit in som
nis Joseph. Tercio dicit̄ apparitio mani/
festatio facta in aliqua similitudie corꝑali
sensibili oblata visui. ꝛ sic vsitato mō dicit̄
apparitio. Quarto modo apparitio dicit̄
manifestatio facta in aliquo signo sensibi/
li repn̄sentato sensui siue illud signū sit visi
bile siue audibile. Et hoc modo apparuit
pater in voce in nouo testamento. Insup
sciendū vt inquit sanctus Tho. ꝙ filius ꝛ
spūssanctus q̊ sunt ab alio dicunt̄ nō soluʒ
apparere: sed etiam visibiliter mitti. Pa/
ter autē quia nō est ab alio apparere q̊deʒ
pōt: sed visibiliter mitti nō pōt. Quis igit̄
tam ineptus tam durus aut tam ꝑtinax
de cetero ꝓsumat esse vt non humili corde
suscipiat que de ꝑsonaꝝ diuinaꝝ numero
origine ꝛ ꝓprietate tradūt̄. de celis ad nos
veritas ista descendit. Nec doceri potuit a
thalete milesio vno ex septem sapientibus
astrologo ꝛ phylosopho. nō ab eius audi/
tore. Anaximādro. Non ab istius discipu
lo. Anaximane. Non a discipulo. Anaxi/
manis. Anaxagora. Non ab Archelao
discipulo Aanaxagore. Non a famosissi/
mo socrate ab Anaxagora instructo. Nō
a Platone discipulo Socratis. nō deniqʒ
ab aristotele auditore Platonis. qui oīs
successiue scholā tenuerūt vnus post aliū
Nō ab oīb⁊ hmōi phis credimus ꝛ sim
pliciter ꝯfitemur patrē filiū ꝛ spm̄sanctuʒ
tres ꝑsonas ꝛ vnam essentiam qm̄ digna/
tus est deus clementia ꝛ pietate sua nobis
reuelare. O quantus error vtriqʒ detestan
dus illoꝝ qui fabulam narrare nos putāt
cum christi mysteria ꝑdicamus. cum loq̊/
mur de ꝑsonis diuinis. dum sacrū baptis/
ma ianuam esse celestis regni docemus.
Ecce baptizat̄ xp̄us a Johāne. ꝛ tanta de
supernis offerunt se testimonia diuinitatꝭ
sue. Quare letent̄ cuncti fideles ex aqua ꝛ
spūsancto regenerati. sperantes ꝑ christia
nā vitam indubitanter posse ad eternam
beatitudinē ꝑuenire. Ad quam nos ꝑdu/
cat filius dei q̊ cum patre ꝛ spūsancto vi/
uit in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo vndecimus. de ieiunio fame et
tēptatione christi, ꝑ ꝑma dn̄ica in quadra/
gesima.

Dictus ē Jhesus in
desertum a spū vt temptaret̄
a dyabolo. Scribunt̄ hec ꝟ/
ba Math. iiij. cap̄. Docuit
nos exemplo suo dn̄s noster iesus christ⁹
equo animo ferre queqʒ ardua ꝛ difficilli
ma si cupimus ad regna celestia ꝓperare.
qm̄ vt inquit Gregorius i omelia. Ad ma
gna ꝑmia ꝑueniri nō potest: nisi per ma/
gnos labores. Et Hiero. ad Paulinum.
Nihil sine mag̃ labore dedit hec vita mor
talib⁊. Ob quod doctor gentiū ꝛ vas ele/
ctionis dicebat Act. xiiij. ca. Oportʒ nos
ꝑ multas tribulationes intrare in regnuʒ
celoꝝ. At ipse redemptor oīm Math. xi.
ca. asserit. Regnū celoꝝ vim patit̄ ꝛ violē/
ti rapiūt illud. Qđ suo modo ꝓtulit Se/

neca in tragedijs dicens. Non est mollis
e terris ad astra via. Igitur dei filius post
ꝗꝫ baptizatus est desertum petijt: vbi qua
draginta dieb; ꝛ noctib; ieiunauit. Et cuꝫ
esuriret aggressus est illum sathanas. va/
rijsqꝫ temptationū ꝑlijs eum credidit sup
are. quod cū facere nequijsset ꝯfusus ab/
scessit: ꝛ christo dn̄o angeli ministrabant.
Quare vt hec om̄ia clarius intelligantur
nosqꝫ ꝓmptiores reddamur ad pn̄ie cru/
cem tollerandū atqꝫ animosius ꝯfligamꝰ
cum hoste maligno. In p̄senti sermone ꝺ
ieiunio fame ꝛ temptatiōe christi dicemꝰ
vbi tria mysteria inducimus ꝯtēplanda.

¶ Primū dicit abstinentie.
¶ Secundū pugne.
¶ Tercium victorie.

¶ Quare xp̄us ꝯuersatus inter est homi
nes ꝛ quare nō semꝑ duxit austeram vitā
ꝛ cur voluit ieiunare. Capl'. I.

PRimum mysterium
ꝯtemplandum dicit abstinen/
tie. de quo dicit Math. Ductꝰ
est iesus in desertum. qd̄. s. ſm glo. est inter
hierl'm ꝛ hiericho secūdo lapide distans
a hiericho iuxtā aquas ab helisco sanatas
ꝛ arabes stant ibi. Et inde discurrebāt et
occidebant transeuntes. Iuxta quod dn̄s
scripsit ꝑabolam de illo qui iter faciebat
a hierl'm in hiericho. Luc. x. ca. Et modo
dicit quarantana. Ductus autē iesus in il
lud desertū a spū̄sancto. vt dicit Gregoriꝰ
in omel'. quod expresse Lucas. ca. iiij. ꝓfi/
tet. Inquit em̄. Iesus plenus spū̄sancto
egressus est a iordane ꝛ agebat a spū in de
sertum. Et cū ieiunasset quadraginta die
bus ꝛ quadraginta noctib; postea esurijt
Lucas autē dicit. ꝛ nihil mādūcauit illis
diebus. Ubi pro ampliori intelligentia
tria dubia oriuntur.
¶ Primū est de christi ꝯuersatione.
¶ Secundū de christi manducatiōe.
¶ Tercium de christi ieiunatione.
¶ Primū dubium est de christi ꝯuersatiōe
q̄re. s. nō fuit semꝑ in deserto ꝛ solitudine:
sed voluit inter hoīes ꝯuersari. Ad quod
respondet sctūs Tho. in. iij. ꝑte. q. xl. ꝙ cō
uersatio xp̄i talis debuit esse vt ꝯueiret fi/
ni incarnationis ſm quā venit in mundū

Uenit aūt in mundū. Primo qdē ad ma
nifestandā veritatē. sicut ipse dicit Iohis
xix. c. In h̄ natus sum ꝛ ad h̄ veni in mun
dū vt testimoniū ꝑhibeā veritati. Et ideo
nō debebat se occultare vitam solitariam
agens: sed in publicū ꝓcedere publice p̄/
dicando. Un̄ Luc. iiij. c. dixit illis q̄ vole/
bant eū detinre. Quia ꝛ alijs ciuitatibus
oꝑtet me euāgelizare regnū dei: qꝛ iō mis/
sus sum. Secūdo venit xp̄s in mundum
ad h̄ ꝙ hoīes a peccato liberaret. ſm illud
i. ad Thimo. i. ca. Christus iesus venit in
hūc mundū pctōres saluos facere. Et iō
vt Cris. dicit. Licet in eodē loco manēdo
posset om̄s ad se attrahere vt eius p̄dica/
tionē audirent. nō tn̄ hoc fecit. p̄bens nob
exemplū vt ꝑambulemus ꝛ requiramus
ꝑeuntes. sicut pastor ouem ꝑditam ꝛ me/
dicus accedit ad infirmū. Tercio venit
xp̄s in mundū vt ꝑ ip̄m habeamus acces
sum ad eū. vt dicit ad Ro. v. ca. Et ita fa/
miliariter cū hoib; ꝯuersando ꝯueniens
fuit vt om̄ib; fiduciā daret ad se acceden/
di. Et hoc dī Math. ix. ca. Factum ē dis/
cūbente eo in domo: ecce publicani ꝛ pec/
catores veniētes discūbebant cū iesu ꝛ di/
scipulis eiꝰ. Suꝑ q̄ verba Hiero. ait. Ui
deant peccatores publicanū a peccatis ad
meliora ꝯuersum locū inuenisse pn̄ie. Et
id etiā ipsi nō desperent salutē. Sed ꝯtra
dicta posset quis arguere ostn̄dens ꝙ xp̄us
debuit solitariā agere vitam. Primo quia
oportebat ip̄m ostn̄dere se nō solū hoiem: sꝫ
etiā deū. Sꝫ deū nō ꝯuenit cū hoib; ꝯuer
sari. Dī em̄ Daniel'. ij. c. Exceptis dijs q̄ꝝ
nō est cū hoib; ꝯuersatio. Et ph̄s dicit in
i. Politice. ꝙ ille q̄ solitarius viuit aut est
bestia. s. si hoc ꝓpter sn̄iam faciat: aut ē ōꝫ
si hoc faciat ꝓpter ꝯtemplandā veritateꝫ.
g̊ videt ꝙ nō debuit xp̄s cū hoib; ꝯuersa/
ri: sed solitarius viuere. Secundo debuit
xp̄us vitā ꝑfectissimā ducere. ꝑfectissima
aūt ē vita ꝯtēplatiua. Ad vitā aūt ꝯtēpla
tiuā maxie ꝯpetit solitudo ſm illd̄ Osee ij
ca. Ducā eū in solitudinē ꝛ loquar ad cor
eius. g̊ videt ꝙ xp̄s debuit solitariā ducere
vitā. Tercio ꝯuersatio xp̄i debuit esse vni
formis. qꝛ sꝑ in eo debuit apparere qd̄ est
optimū. sꝫ qn̄qꝫ xp̄s solitaria loca q̄rebat
turbas declināſ. vt Remig. dic̄ suꝑ Mat.

Tria refugia legit̄ dn̄s habuisse. Nauim
montem: ⁊ desertum. ad quoꝝ alteꝝ quo/
tienscūq3 a turbis cōprimabat̄ ꝯdescen/
debant. ergo semꝑ debuit solitariā vitam
aggere. Ad pmū argumentum respondet
sanctus Tho. ꝙ xp̄us ꝑ humanitatē suaȝ
voluit manifestare diuinitatē. Et ideo cū
hominibꝫ ꝯuersando qđ est ꝓprium hoīs
manifestauit diuinitatem suam p̄dican/
do ⁊ miracula faciendo: ⁊ innocenter ⁊ iu
ste inter hoīes ꝯuiuendo. Ad secundū ar/
gumentū dicit̄ ꝙ vita ꝯtemplatiua simpli
citer est melior q̄ȝ actiua que occupat̄ circa
corꝑales actus. Sed vita actiua ſm quā
aliquis p̄dicando ⁊ docendo ꝯtemplata
alijs tradit est ꝑfectior q̄ȝ vita que solum
ꝯtemplat̄. quia talis vita p̄supponit abū/
dantiam ꝯtemplationis. Et ideo xp̄s ta/
lem vitam elegit. Ad terciā ꝟo dicimus ꝙ
xp̄s voluit dare exemplū p̄dicatoribꝫ q̄ nō
semꝑ debent esse in publico. Ad hoc assi/
gnari p̄nt tres rationes. q̄r christus qn̄q3
retraxit se a turbis. Prima ratio fuit ꝓpter
corꝑalem quietem. Unde scribit̄ Marci
vi. c. ꝙ dn̄s dixit discipulis. Uenite seorsū
in desertum locum ⁊ requiescite pusillum
Erāt em̄ q̄ veniebant ⁊ redibāt mlt̄i: ⁊ nec
spaciū manducandi habebant. Secunda
rō fuit ꝓpter orationem. Hinc Lucas. vi.
ca. inquit. Exijt in montem solus orare ⁊
erat pernoctans in oratione dei. Ubi di/
cit ambrosius. ꝙ ad precepta virtutis suo
nos informat exemplo. Tercia ratio q̄re
christ⁹ qn̄q3 retraxit se a turbis fuit vt do/
ceret fauorē humanū vitandū. Unde suꝑ
illud Math. v. c. Uidens Jesus turbas
ascendit in montē. vt ꝑ hoc ꝙ nō in ciuita
te ⁊ foro: sed in monte ⁊ solitudīe sedit eru/
dit nos nihil ad ostentationē facere. ⁊ a tu
multibꝫ abscedere maxīe cū de necessarijs
oporteat disputare. ¶ Secundū dubiū est
de christi manducatione cur vicȝ christus
nō semꝑ austeram vitaȝ duxit. vt Johēs
baptista. nec semꝑ ieiunauit: sed mandu/
cauit ⁊ bibit: etiā cum publicanis ⁊ pecca
toribꝫ. Ad qđ ita r̄ndet sanctus Tho. ꝙ cō
uenientissimū est cum quis cū alijs ꝯuer/
satur: vt se illis in ꝯuersatiōe ꝯformet. ſm
illud. i. ad Corinth. ix. ca. Omnibꝫ omnia
factus sum. Quare christus ꝯuersans cū
hominibꝫ ꝓpter illoꝝ salutem. voluit sicut
ceteri in cibo ⁊ potu se habere. Sicut eniȝ
licita ⁊ laudabilis est vita illius q̄ a ꝯsor/
tio hoīm segregatus abstinentiam seruat
ita ⁊ vita alterius q̄ in societate positus
manducat ⁊ bibit. Nam abstinentiam ci/
bi ⁊ potus nō ꝑtinet ad salutem. ſm illud
ad Ro xiiij. ca. Regnū dei nō est esca ⁊ po
tus. ¶ Terciū dubium erat de christi ieiu
natione Cur voluit in deserto christus ie/
iunare. Non est dicendū ꝙ ad refrenan/
dam sensualitatē: que erat ꝑfecte obediēs
rōni. nec ad eleuationē mentis que erat
vnita deo ꝑfecte. nec ad virtutes acqrirē/
das que erant oīs in ipso. Ergo ieiuna/
uit ꝓpter nostrū exemplū. Unde Crisost.
suꝑ Math. inquit. Ut discas q̄ȝ magnū
bonū est ieiuniū ⁊ qualiter statutū est ad/
uersum dyabolum. ⁊ qm̄ post baptismum
nō lasciuie: sed ieiunio oportet intendere.
ipse ieiunauit nō eo indigens: sed nos in/
struens. Quare autē tanto numero ieiu/
nauit. Ratio est ſm Crisost. Ne minor vi
deat̄ moyse ⁊ helya qui tot diebꝫ ieiunaue
rūt. nec vlterius ꝓtraxit. ne diabolus ip̄m
supra hoīem aliquid existimaret dum exi
mios ꝓphetaꝝ in q̄ȝtitate dieꝝ superaret.
Sed hic querunt nōnulli cū christus nil
comederet illis quadraginta diebꝫ ⁊ qua
draginta noctibꝫ ⁊ non esurierit. A quo fa
cta fuit illa sustentatio vt nō esuriret. Et
ad hoc dicere possumus ꝙ tribꝫ de causis
potest aliquis nō sentire famē. Primo ex
redūdantia glorie aīe in corpus ſm ꝙ dat̄
corꝑi aliqua qualitas glīosa ꝑ modū ha/
bitus vel dispositionis vt sit impassibile.
⁊ sic erit in beatis ꝑ modū habitus ima/
nentis. Unde Apoc. vij. ca. dicit̄. Non esu
riēt neq3 sitient amplius. Et sic potuit fu/
isse in christo. vt sicut dimisit gloriā aīe re/
dundare in corpus q̄ȝtum ad claritatē in
transfiguratione ꝑ modū dispositionis trā
seuntis ⁊ nō imanentis. ita agere poterat
q̄ȝtum ad impossibilitatē humida calore.
Secūdo potest aliquis nō sentire famem
ex aliqua virtute cibi p̄assumpti fortifican
tis humidū radicale ⁊ speciei virtutē. ⁊ h̄
siue illa virtus sit naturalis illi cibo sicut
erat in ligno vite. vel suꝑnaturaliter data:
sicut in cibo data Helye. iij. Regū xix ca.

In cuius fortitudne ambulabat quadra
ginta dieb᷒ ꝛ quadragita noctib᷒. Sic po
tuit esse in xp̄o ꝙ preassumpsisset aliquē ci
bum cui talis virtus sit diuinitus data.
Tertio potest ꝯtingere ꝙ aliquis nō senti
at famē ex suspensiōe actionis caloris na/
turalis per virtutē deitatis imediate ita
ꝙ vita remaneat. nulla ex superiorib᷒ cau/
sis existente. Et hoc fuit diuine virtutis so/
lum in xp̄o cui⁹ esse diuinū erat esse existe
re illius hominis. Si ꝑo diceret ꝙ ex quo
xp̄s nō esuriebat ieiunādo nō prebuit ex/
emplū penalitatis ꝛ patie. Rn̄demus ꝙ h̄
nō sequit. q̄ꝛ postea esuriit. Insup sic mar/
tyres ꝓpter excessum diuine dilectiōis ꝛ cō
formationē voluntatis diuine ꝛ expecta/
tionē glorie qn̄ꝗ nō sentiebāt tormēta nec
tn̄ minus merebant aut dabant exemplū
patie. Ita hic xp̄s. ꝫ omis dubitatio soluit
q̄ꝛ postea esuriit. Contemplare nūc fidelis
aīa illū q̄ aīanti b᷒ cunctis alimēta prestat
ꝛ vitā pro tuo amore fame ac sitiꝗ sepius
laborantē ꝛ ꝯpatere illi atꝗ inspice diligē
ter q̄d precipue trib᷒ vicib᷒ inuenit ad co/
medendū siue bibendū. Esuriit equidem
post ieiuniū ꝛ ante ministeriū angeloꝝ nō
habuit nisi lapides. Esuriit adhuc in via
dum ex bethania descendēs pergebat hie
rusalē: ꝛ nō inuenit nisi folia ficus Ut scri
bit Matth. xxi. c. Tandē sitiuit in cruce:
ꝛ oblata fuit ori eius spongia aceto plena
q̄ si ad sensum mysticū referamus cū ꝯti/
tinuo xp̄s esuriat ꝛ sitiat salutē nostram.
Pleriꝗ illi lapidea corda omi duricie ple
na pn̄tant. nec illū timēt nec diligūt: vt vl
timore vel amore abducant a vitiis. Alii
ꝑo folia sibi ꝛ bona verba sine fructib᷒ p̄
bent. sicut faciebāt pharisei quos redar/
guit Matth. xxv. c. dicēs. Hypocrite bn̄
de vobis ꝓphetauit Esaias. Populus in/
quit labiis me honorat. cor aūt eoꝝ longe
est a me Nōnulli insuper acetū ei porrigūt
ad bibendū. hi sunt q̄ vel mūdano amore
inebriati. vel vana sapia ꝛ curiositate de/
cepti nō solū nō corrigūt sua delicta: ꝫ qd̄
grauius est detrahūt xp̄o ꝛ impia verba
siue blasphema temere loquuntur de deo.
Aiunt qn̄ꝗ. Si xp̄s in cruce voluit mori
quid nobis. imputet sibi. Si ds̄ erat cur
nō absꝗ ignominia sue crucis indulsit hu

mani generi. Et filia sacrilegis buccis pu
blice resonātes erga xp̄m nlla pietate mo/
uent. O pessimū genus hoim. O mentes
nequissime O deniꝗ ingratissimi pctōres
Sustinuit saluator nr̄ ab vtero virgis vs/
ꝗ ad patibulū crucis tot labores. tot cru/
ciatus ꝛ penis vt quantū nos diligebat co
gnoscerem⁹. Post ꝑo exactos q̄dragita di
es ieiunii sui voluit ꝓ nob̄ pctōrib᷒ esurire

¶ De temptatiōe xp̄i quare scꝫ dyabolus
temptauit eum. qualit apparuit ꝛ cur xp̄s
voluit temptari. Ca. II.

SEcundū mysteriū con
templandū in h̄ sermone dr̄ pu
gne. de q̄ Mattheus ita sequit
Accedēs temptator. s. dyabolus. vt patet
Luce. iiii. cap. dixit ei. ꝛc. Ubi tria dubia
sunt declaranda.

¶ Primū dicit inductiōis
¶ Secundū apparitiōis.
¶ Tertiū rationis.

¶ Primū dubiū declrādū dr̄ inductiōis
quo. s. motiuo diabolus inductus est vt tē
ptaret xp̄m. virtus nāꝗ eius demonib᷒ no
ta erat. Dicit em̄ Lu. iiii. c. Exibāt aūt de
monia a multis clamātia ꝛ dicētia. q̄ꝛ tu
es filius dei ꝛ increpās nō sinebat ea loq̄:
q̄ꝛ sciebāt ip̄m esse xp̄m. Mirū ḡ videt ꝙ
dyabolus xp̄m temptauerit. nā temptare
est experimentū sumere: qd̄ nō fit nisi de re
ignota. Ad qd̄ rn̄det sanctus Tho. iii. pte
q. xli. ꝙ sic Aug⁹. dicit. ix. li. de ci. dei. Xp̄s
tm̄ innotuit demonib᷒ quantū voluit nō ꝑ
id qd̄ est vita eterna: ꝫ ꝑ quedā tꝑalia sue
virtutis effecta. ex quib᷒ quandā ꝯiecturā
habebāt xp̄m esse filiū dei. Sed q̄ꝛ rursus
in eo quedā signa humane infirmitatis vi
debant. nō pro certo cognoscebāt esse filiū
dei. Et iō dyabolus eū temptare voluit
Hinc ait Chris. ꝙ audiēs dyabolus i xp̄i
natiuitate angelū pastorib᷒ annunciantē.
angeloꝝ multitudinē iubilantē Johannē
digito demōstrantē. patrē in baptismate
testificantē. spiritū sanctū in columbe spe/
cie descendentē. ꝛ nūc quadraginta dieb᷒
ꝛ noctib᷒ ieiunantē eū esse dei filiū suspica
tus est. Sed postmodū videns eū esurisse
ip̄m esse dei filiū plurimū dubitauit. Nō
em̄ credebat posse dei filiū esurire. Et Hy

larius sup Math. dicit. Temptare xp̄m
dyabolus nō fuisset ausus: nisi in eo p esu/
ritiōis infirmitatē q̄ sunt hois recognosce
ret. Et Greg⁹. exponēs illud Si filius dei
es inq̄t. Quid sibi vult talis sermonis ex/
orsus: nisi q2 cognouerat dei filiū venturū
esse: s3 venisse per infirmitatē corporis nō
putabat. ¶ Scōm dubiū declarandū di/
citur apparitiōis. qualiter. s. apparuit xp̄o
dyabolus in hac temptatōe. Et ad hoc di
cit glo. Omia q̄ de xp̄i temptatiōe hic di/
cunt corporeis sensib9 ꝯpleta sunt. Et ſm
quosdā credit q temptator ille fuit lucifer
primus peccator: ⁊ maximus temptator.
iuxta illud qđ saluator noster dixit Johā.
xij. ca. Venit em̄ princeps mundi huius ⁊
in me nō habet quicq̄. ¶ Tertiū dubium
declarandū dicit ratiōis. Quare sc3 xp̄s
temptari voluit. Ad quod assignant tres
precipue rōnes. Prima fuit ꝓpter nostra3
instructionē. Instruxit quippe nos vt sci/
remus paratā esse nobis dyaboli pugna3
a qua nullus quantūcunq̄ sanctus imu/
nis existit. Ideo Hylarius sup Math.
ait. In sanctificatis maxime dyaboli tem/
ptamēta crassant. q2 victoria magis est ei
exoptanda de sanctis. Et sapiens Eccle/
siastici. ij. ca. inquit Fili accedēs ad serui
tutē dei sta in iusticia ⁊ timore ⁊ prepara a
nimā tuā ad temptatiōnē. Et Aug⁹. ꝯtra
Faustū. Nullus est homo tanta iusticia
preditus cui nō sit necessaria temptatio vl'
ad profitendū vel ad ꝓbandū. Et Greg⁹.
xxiiij. moral'. Vsus nostri itiner3 nequaq̄
peragit sine munere temptatiōis. Hic tn̄
orit difficultas qm̄ xp̄s tēptatiōi se exposu
it. Cum ḡ eius temptatio sit nostrū exem/
plū. videt q etiā alij debeāt se ingerere ad
temptatiōes suscipiendas. qđ tn̄ videt esse
periculosum. cum potius temptationū oc/
casiones vitare debeamus. Ad hoc r̄ndet
sanctus Tho. q duplex est temptatiōis
occasio. Vna quidē ex parte homīs: puta
cum aliq̄s se peccato ꝓpinquū facit occa/
siones peccati nō euitās. Et talis occasio
temptatōis est vitanda. sic̄ dictū est Loth
Gen̄. xix. ca. Ne steteris in omi regiōe cir/
ca sodomā. Alia ṽo temptatiōis occasio ē
ex parte dyaboli: q̄ semp inuidet ad melio
ra tendentib9. ⁊ talis occasio nō est vitan
da. qm̄ vt inq̄t Paulus. i. ad Chor3. x. cap.
Fidelis deus q̄ nō patit vos temptare su
pra id qđ potestis: sed facit cū temptatiōe
prouentū. Ex hac ṽo temptatiōe cum dei
adiutorio deuicta corona victoribus da/
tur. Unde Jacobi. i. ca. dī. Beatus vir q̄
suffert temptationē qm̄ cum probatus fu
erit accipiet coronā vite quā repromisit d̄s
diligentib9 se. Secunda ratio quare xp̄us
voluit temptari fuit ꝓpter temptatoꝝ ꝯso/
lationē. vt sc3 temptatis ꝯsolationē daret
Fuit quidē temptat⁹ stati' p⁹ baptismū qn̄
sc3 a patre filius fuerat appellatus. ⁊ spiri
tussanctus in columbe specie manserat su
per eum. ⁊ celi sibi visi sunt aperi. ⁊ dieb9 q̄
dragintaꝛ noctib9 ieiunauerat: vt daretur
intelligi q si aliquis temptat ꝓpter hoc nō
est minus dei filiatiōe dignus. nec sua pe/
nitentia deo est minus accepta. Tertia rō
quare xp̄s temptari voluit fuit ꝓpter dya/
boli ꝯfusionē. vt ip̄e dolo inuidia ⁊ mali/
cia plenus superatus a xp̄o ꝯfusus abiret
sicut apparebit in sequētib9.

¶ Quare christus superauit omnes dya/
boli temptationes ⁊ de modo illarū tem/
ptationum. Ca. III.

Ertiū mysterium con/
templandū de dn̄o iesu xp̄o di/
citur victorie. Vicit nāq̄ dya/
bolū qui spiritualē hoiem nō statim d̄ pec
catis grauib9 temptat: sed paulatim a le/
uiorib9 incipit. vt ad grauiora perducat.
Idcirco de triplici vicio conatus est chri/
stum temptare.

¶ Primo de gula.
¶ Secundo de inani gloria.
¶ Tertio de auaricia.

¶ Primo temptauit xp̄m de gula dicens:
Si fili⁹ dei es: dic vt lapides isti panes fi/
ant. Hic Hieronymus ita loquit. Vane
agis demon. si filius dei est decipi nō pote
rit. si purus hō: lapides in pane3 ꝯuertere
nō valebit. Cum multa fuit astutia dya/
boli. q2 cogitabat intra se. Si faciat quod
suadeo: cognoscā ip̄m esse deū. Si nō faci/
ciat: adducā eum ad presumptionē facien
di. Nec temptauit eum de cibis delicatis:
sed tm̄ necessarijs. q2 arbitrabat eum virū
bonū qui tn̄ purus homo fuisset nō deus

p̄sumēs lapides in panes cōuertere. vt
corporali sue fami subueniret. ob hanc in/
ordinationem vitiū gule incurret At xp̄s
ꝙ deus verus erat lapides in panes ꝯuer
tere noluit: qđ vtiq; facere potuisset. qꝛ mi/
racula fienda erant ad vtilitatē fideliū: nō
ad instantiā dyaboli. nō ei dyabolus sup/
plicat: sed temptat Anno ꝓo sequenti pia
mater impetrauit ꝙ aquā in vinū ꝯuerte
ret in chana galilee. R̄ndit itaq; dyabolo
xp̄s vt sic dubi⁹ remaneret atq; deuictus.
Scriptū est Deut. viij. ca. Nō in solo pa/
ne viuit homo: sed in omi verbo qđ proce/
dit de ore dei. qđ potest intelligi de verbo
predicato quo aīa viuit per gratiā. vt sit
sensus. Sicut panis est cibꝰ corporis: ita ci
bus scripture est cibꝰ aīe. Unde ⁊ xp̄s di/
xit Johā. ca. vi. Uerba q̄ ego locutus sum
vobis sp̄ūs ⁊ vita sunt. tante efficacie ver/
ba xp̄i fuerunt tanq; grauiter doctissime/
q; prolata| vt nesciret dyabolus aut ꝯtra/
dicere aut replicare Quare processit ad id
in quo spirituales viri q̄nq; deficiunt. vt
scȝ aliqua ad ostentationē operent̄ qđ per
tinet ad inanē gloriā. Ideo scđo de hoc vi
tio ip̄m temptauit. Inq̄t nāq; Matthe⁹
tunc. s. finita priori tēptatōe assumpsit eū
dyabolus. Quod pōt dupliciter intelligi.
Uno mō ꝙ supra se acceperit. Et sic vt di
cit Greg⁹. Mens hoc refugit humana. ⁊
hoc audiēs expauescit sed nō est mirū ꝙ ꝑ
misit se sic a dyabolo assumi. si ꝯsideret̄ ꝙ
permisit se a mēbris dyaboli. s. ex eius in/
stigatiōe flagellari ⁊ crucifigi. Alio modo
potest intelligi per ꝯcomitationē quasi di/
cendo venias mecū. sicut Math. xviij. c.
Assumpsit Jesus Petrū Jacobū ⁊ Johā
nem. Et Lu. xviij. ca. Assumpsit duodeci
discipulos. ⁊c̄. Dyabolus itaq; assumpsit
xp̄m. vel primo modo vt dictū est. Et ſm
Chryſ. Agebat quantū in se erat vt ab oī
bus videret̄. Et xp̄s dyabolo nesciente fa/
ciebat vt nemo illū videret. Uel assum/
psit eum scđo modo i sanctā ciuitatē. i. hie
rusalē que sic nomīat̄. qꝛ diuino cultui erat
deputata. Et statuit eum supra pinaculū
templi. Quidā dicūt ꝙ pinaculū erat lo
cus eminens siue pulpitū vbi lex promul
gabatur. Nicolaus vero de lira dicit. Qđ
erat tectum templi quod erat desuper pla
num. quia sic fiebant tunc domus palesti/
norū. Dixit ergo dyabolus christo. Si fi/
lius dei es mitte te deorsum. Scriptū est
eīm scȝ in psal. Angelis suis deus manda
uit de te: vt custodiant te in omibus vijs
tuis. Que scriptura scđm Augustinū de
membris dicitur nō de christo. Allegauit
vero dyabolus scripturā. quoniā in priori
pugna fuerat a xp̄o ꝑ scripturā cōclusus
Sed ip̄e deus incarnatus iterū sibi respō/
dit Scriptū est Deut. vi. ca. Nō tempta/
bis dn̄m deum tuū. Dn̄m quis temptat
cum habet naturali auxilio vel ratiōe ꝙd
faciat ⁊ tamen cōmittit se periculo. vt ex/
periatur an deus possit vel vellet liberare.
Mittere itaq; deorsum periculū erat ſm
naturā. ⁊ miraculū facere tunc nō erat ex/
pediens. ¶ Tertio dyabolus temptauit
christum de auaricia. produxit quidē tem
ptationē ad id quod iam nō est spirituali
um virorū sed carnaliū. scȝ vt diuitias ⁊
gloriā mundi ꝯcupiscant vsq; ad contem/
ptum dei. Et ideo in primis duabꝰ tem/
ptatiōibus dixit: Si filius dei es. nō autē
in tertia: que nō potest spiritualibus con/
uenire. Sequitur ergo euangelista. Iterꝫ
assumpsit eum dyabolus in montē excel/
sum: qui scđm aliquos distat a loco qua/
ratane siue ieiunij duobus miliaribus.
Et ostendit ei omīa regna mundi. scđm
Chryſostomū. Non est intelligendum ꝙ
videret ip̄a regna vel ciuitates vel aurum
vel argentū. Sed partes in quibus vnū/
quodq; regnū vel ciuitas posita est. Dya
bolus ergo digito demonstrabat. ⁊ vnius/
cuiusq; regni honorē ⁊ statum verbis ex/
ponebat. Uel scđm Rabanū ostendit qꝛ
vanitatem pompe mundane quā ip̄e dya
bolus diligebat q; speciosa sit ⁊ desidera/
bilis verbis demonstrauit. vt ad amandā
illam ip̄m induceret. Uel scđm Origenē
ostendit ei quomodo ip̄e per diuersa vitia
regnabat in mundanis. in quibusdā. s. ꝑ
superbiā. in quibusdā per auaritiā. in qui
busdam per luxuriā.. vt exemplo multitu/
dinis posset ad consentiendū facilius in/
clinari. Prima expositio magis consonat
littere sancti euangelij. Propterea vt scri/
bit Lucas. iiij. cap. dyabolus dixit. Om/
nia michi tradita sunt; ⁊ cui volo do illa.

Mentitus est q̄ est mendax ⁊ pr̄ mendacij. q᷑ vt inq̄t Dauid in ps̄. Dn̄i est terra ⁊ plenitudo ei⁹: orb terraꝝ ⁊ vniuersi q̄ habitant in ea. Et iterū. Tui sunt celi ⁊ tua est terra: orbis terre ⁊ plenitudinē eius tu fundasti. Mendatio itaq̄ȝ suo satagebat dyabolus xp̄m seducere. Et s̄bdidit. Hec oīa tibi dabo si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei iesus Vade sathana. s. s̄m. Hiero. in infernū q̄ paratus est tibi ⁊ angelis ei⁹. Scriptū ē ei. Dn̄m deū tuū adorabis ⁊ illi soli seruies. Nō dixit hec verba exprobratiua in prima ⁊ sc̄da temptatiōe: s₃ in ista. q᷑ hic diuinū vsurpare volebat honorem. Tunc reliquit eū dyabolus. ⁊ ecce angeli accesserūt ⁊ ministrabāt ei Reliquerāt eīn angeli ip̄m iesum vt dicit Nicolaus de lira ad tps. vt diuinitas eius dyabolū magis lateret ⁊ vt ꝯuenīētius locū ꝯtemplādi haberet. ⁊ vt victoria ip̄ius xp̄i excellentio appareret ex hoc ꝙ solus ip̄m deuinceret. Et ideo victo temptatore ⁊ pre ꝯfusiōe recedente accesserūt angeli ⁊ ministrabāt ei sicut vero dn̄o ꝓprij serui. Ex quo apparet diuinitas xp̄i: q᷑ nulla natura ē supra angelicā nisi diuina. Credunt̄ autē ministrasse illi etiā cibū naturalē, sic ꝯfecerīt Helie. Insup cibarunt illū spirituali delectatione collaudando ⁊ benedicēdo sanctum nomē eius. qđ ⁊ nos semper benedicam⁹ in secula seculoꝝ Amen.

¶ Sermo duodecimus de dulcissimo admirandoq̄ȝ spectaculo trāsfiguratiōis xp̄i.

Duxit illos in montē excelsum. Scribunt̄ hec verba Matth. xvij. cap̄. Rem grandē atq̄ȝ mirabilē operatus est xp̄s in sua transfiguratiōe iocūda Ad cuius spectaculū delectabile nō oīes apostolos voluit adesse. Tum q᷑ secreta nō sunt oībꝫ reuelanda. tum q᷑ debent a maioribꝫ in alios deriuare. sicut fit in celesti ierarcha. vt refert Diony. Tum etiam vt Damas. dicit. Ne iudas indignus interuen fiet q̄ nec solus repellendus erat: ne ad inuidiā indignationēq̄ȝ prouocaret̄ Admissi sunt ꝓo tres. Petrus ꝓpter prorogatiuā feruoris fidei. Johānes ꝓpter excellentiā virginitat̄. ⁊ Jacobꝫ ꝓpter prioritatem martyrij. q᷑ primus sustinuit martyriū ꝓpter xp̄m. vt p₃ Act. xij. c. His reuelata sunt altissima mysteria xp̄i: q̄ nullus valeret ingenio ac ꝓprijs sensibꝫ ꝯprehendere. Que tn̄ postmodū ab eis p̄dicata sūt ⁊ ab euangelistis descripta ad vtilitatē ⁊ eruditionē nostrā. Propterea vt mens nostra illustret̄ veritatis splendore ⁊ dn̄m xp̄m pio veneremur affectu in presenti sermone de triplici sublimi excelsaq̄ȝ dignitate salvatoris nostri dicemus: quā tribꝫ discipulis prenominatis in sua transfiguratiōe monstrauit.

¶ Prima dicit̄ claritatis.
¶ Secunda superioritatis.
¶ Tertia equalitatis.

¶ De claritate corporis christi in transfiguratione in qua monstrata fuit discipulis dignitas eius. Ca. I.

Prima sublimis ⁊ excelsa dignitas dn̄i iesu xp̄i tribus apostolis domōstrata dicit̄ claritatis. vt eīn inquit Matheus. Trāsfiguratus est ante eos. nō ꝙ mutauerit liniamenta corporis vel amiserit pristinā formā ⁊ faciē. vt Hiero. ait. sed ꝓpter claritatis vultus eius imensitatē. de qua dicitur Resplenduit facies eius sicut sol: ⁊ vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Placuit aūt sibi sic transfigurari ⁊ claritatem ostendere. qm̄ prenunciata passiōe sua discipulis. vt scribit̄ Matth: xvi. ca. illos induxit ad sue passiōis sequelā dicēs. Si q̄s vult post me venire. s. meā doctrinā ⁊ facta sequendo. abneget semetip̄m. i. affectū humanū. nō solum meā passionē non impediendo: sed etiā me in hoc imitando. ⁊ tollat crucē suā. i. paratus sit in aīo voluntarie crucē portare in qua crucifigat̄ ignominiose. s̄m Nicolaū de lira. Oportet aūt ad hoc ꝙ aliquis directe procedat in via ꝙ finē aliqualiter precognoscat. Et precipue qn̄ via est difficilis aspera ⁊ laboriosa. finis ꝓo iocundus. Cum ergo xp̄s per suaȝ passionē ad h̄ ꝯuenerit vt gloriā optineret nō solū aīe quā habuit a p̄ncipio ꝯceptionis: sed etiā corporis. s̄m illud Luce vl. c. Oportuit pati xp̄m ⁊ ita intrare in gloriā suā Ad quā etiā perducit eos qui vestigia

sue passiōis sectant̄. Ideo ɔueniēs fuit vt
discipulis gloriā claritatis ostenderet. cui
suos electos ɔfigurabit. Unde Paulus
ad Philipens̄.cap.iij.dicebat. Saluatorē
expectamus dn̄m iesum xp̄m q̄ reforma/
bit corpus humilitatis nostre ɔfiguratuȝ
corpori claritatis sue. Sed vt pars ista lu
cidius explanetur tria erunt dubia decla/
randa.
¶ Primū vtrū claritas illa quā xp̄s ōn̄dit
in facie fuit ī eius corp̱e sicut ī subiecto.
¶ Scōm vtrū illa claritas fuit gloriosa.
¶ Tertiū vtrū ꝑ claritatē ɔueniēter signi
ficet̄ gloria corpoꝝ beatorū.
¶ Ad primū dubiū respondet Alexander
in.iij. volumine sūme. ꝙ claritas illa fuit ī
corpore xp̄i tanq̄ȝ in subiecto nō tm̄ in ae/
re circūstante. Inquit em̄ Lucas.ix.c. Fa
cta est dum oraret species eius altera.id ē
alterata. vt dicit glo. quod nō pōt esse nisi
fieret īmutatio circa ip̄am. Aliter tamen
erat claritas in veste. ⁊ aliter in corpore:q̄ꝛ
in corpore erat ab exteriori. vt dicet̄. ⁊ ita
vt in subiecto.sed in veste ab exteriori.s. a
super fuso splendore faciei. Ratio aūt qua/
re claritas fuit in corpore sicut in subiecto
nō in veste.q̄ꝛ vestis nō erat glorificabilis
sed bene erat glorificabile corpus. ⁊ ꝓpter
hoc ad ostendendā gloriā que erit ī futura
resurrectiōe que erit in corpore sicut in sub
iecto. sic debuit esse claritas illa in transfi/
guratiōe. ¶ Ad secundū dubiū respondet
sanctus Tho.iij.parte.q.xlv. ꝙ claritas il
la quā xp̄s assumpsit in transfiguratione
fuit claritas glorie quantū ad essentiā. nō
tn̄ quantū ad modū essendi. Claritas em̄
corporis gloriosi deriuat̄ ab aīe claritate.
vt Aug⁹.dicit in ep̄la ad dyostoꝝ. Simi/
liter claritas corporis xp̄i in transfigura/
tione deriuata est a diuinitate ip̄ius. vt da
mascenus dicit ⁊ a gloria aīe eius. ꝙ em̄ a
principio ɔceptiōis gloria aīe nō redunda
ret ad corpus ex quadā dispensatiōe diui/
na factū est: vt in corpore passibili nostre re
demptiōis expleret mysteria. Nō tamē ꝑ
hoc adempta est potestas xp̄o deriuandi
gloriā aīe ad corpus. Et hoc idē fecit q̄n/
tum ad claritatē in transfiguratiōe. aliter
tamē q̄ȝ in corpore glorificato Nam ad cor
pus glorificatū redundat claritas ab aīa
sicut quedā qualitas permanēs corpus af
ficiens. Un̄ fulgere corporaliter nō est mi/
raculosum ī corpore glorioso. Sed ad cor
pus xp̄i in transfiguratiōe deriuata est cla
ritas a diuinitate ⁊ aīa eius. nō per modū
qualitatis īmanentis ⁊ afficiētis ip̄m cor
pus: sed magis per modū passiōis transe
untis. sicut cum aer illuminat̄ a sole. Un̄
ille fulgor tunc in corpore xp̄i apparēs mi/
raculosus fuit. sicut ⁊ hoc ip̄m ꝙ ambula
uit super vndas maris. Ex quo nō tenet̄
opinio hugonis de sancto victore qui dixit
ꝙ xp̄s assumpsit dotes claritatis in trans/
figuratiōe. agilitatis ambulādo super ma
re. subtilitatis egrediendo de clauso virgi
nis vtero. quia dos nominat quandā qua
litatem īmanentē corpori glorioso: sed mi
raculose habuit ea que pertinēt ad dotes
Et est simile quantū ad animā de visione
qua Paulus vidit deum in raptu. Illa er
go claritas fuit claritas glorie modo dicto
sed nō corporis gloriosi. Ideo inquit Be
da super.xvij.c. Mathei In corpore mor
tali ostendit nō immortalitatē: sed clarita
tem similē future īmortalitati. Sed ꝓpter
d[illegible]a querūt nōnulli: An solū xp̄i corpus
[illegible] transfigurabile. Nam scribit̄ de moy/
se Exodi.xxxiiij.ca. ꝙ apparuit facies ei⁹
cornuta ex ɔsortio sermonis dn̄i ex maxi/
mo splendore. Et.ij. ad Chor.iij.ca. dicit̄
ꝙ nō poterāt filij israel intendere in facieȝ
Moysi ꝓpter gloriā vultus eius. Insuꝑ
de beata virgine dicit glosa super illo ver/
bo Matth.i.ca. Nō cognoscebat eam do
nec peperit filiū suū primogenitū. q̄ꝛ Io/
seph Mariā facie ad faciē videre nō po/
terat. Quare videt̄ ꝙ corpus moysi ⁊ vir
ginis fuit transfiguratū Ad hoc dicit alex
ander i.iij. vbi s̄. ꝙ aliter fuit silitudo glo/
rie in facie moysi. in beata virgine ⁊ corpo
re christi. In facie nāq̄ȝ moysi ⁊ beate vir/
ginis fuit similitudo claritatis q̄ erat alte
rius generis simpliciter q̄ȝ claritas glorie
Sed in corp̱e christi fuit claritas q̄ erat
eiusdē generis cum claritate glorie. ⁊ si nō
simpliciter tamen s̄m partē. Et hoc est q̄ꝛ
radius claritatis in facie moysi fuit a con/
sortio dei quē habebat spiritualiter in mē/
te. Similiter radius claritatis in facie vir
ginis erat ex ɔsortio dei quē nō solum ha/

bebat spiritualiter in mēte: sed etiā corpo-raliter in ventre. Sed in corpore xpi fuit claritas ex vnione cum diuinitate ⁊ anīa in parte superiori beata. Et ꝓpter hoc nulla alia ostensio claritatis debuit dici transfiguratio sicut ista. q2 solum illa que est ī expressa similitudine ad gloriā debet dici transfiguratio. Et si ad hoc diceret̃ ꝙ claritas moysi fuit maior claritate xpi: eo ꝙ nō poterat precipi nisi velaret̃. ergo magis fuit ostensiua claritatis glorie. Rn̄det Alexander. ꝙ nō fuit copiosior claritas glorie moysi q̄ claritas xpi. Nam ꝙ claritas faciei moysi nō posset videri fiebat nō q2 maior esset: s3 q2 offendebat ⁊ disgregabat visum. Sicut etiā videmus de claritate solis que ꝓpter hoc nō potest videri. S3 claritas apparēs in facie xpi erat delectās visum ⁊ ꝯfortās: sic claritas glīe q̄ ꝯfortat ⁊ corroborat visū. vn̄ Apoc. xxi. c. Claritas ciuitatis supne ꝯparat̃ iaspidi. cuius claritas demulcet ⁊ delectat aspectū. S3 his obijci potest. q2 dī ꝙ claritas corporis xpi fuit similis claritati solis que videri non potest. ḡ nec ita videri potuit claritas corporis xpi. Respondemus ꝙ claritas corporis xpi dicit̃ similis claritati solis q2 sol excedit in lumine om̄es planetas. Vn̄ glosa dicit matth. xvij. c. Resplenduit facies eius sicut sol plus certe q̄ sol: sed nō habuit exemplū maius cui ꝯpararet. Si ꝟo aliquis quereret cur nō ꝯparata fuit claritas illa claritati iaspidis sicut solis. Dicimus ꝙ licet claritas iaspidis sit delectabilis nō tn̄ ita est omib9 nota sicut claritas solis.

Ad tertiū iam dubiū est deueniendū an. s. per claritatē ꝯuenienter significet̃ gloria corpoꝝ beatoꝝ. Et videt̃ ꝙ nō. Nam claritas nō solū est corpoꝝ glorificatoꝝ: imo ⁊ ꝯmunis alioꝝ corporū. Conuenientior aūt est ostensio facta per ꝓprietates ꝓprias sicut per agilitatē impassibilitatē ⁊ subtilitatē q̄ per cōmunes. Ad hoc ita pulchre dicit Alexander. ꝙ cū sint q̄ttuor ꝓprietates ḃm quas ostendit̃ glorificatio corporū ipa claritas est principalis ad quā consequunt̃ cetere. Naturā eī lucis ꝯsequit̃ subtilitas. vnde lux per naturā habet subtilitatem ad penetrandū corpora maxime corpora transparentia. sicut patet in lapide cristallino qui penetrat̃ a luce. Similiter ad ipam consequitur agilitas. vnde motus vel mutatio eius fit quasi subito. Similiter ad ipam ꝯsequitur impassibilitas vnde etiā nullū inquinamentū patit̃ ab alijs. Er ḡ claritas presuꝑponit oēs alias ꝓprietates qui sunt corpoꝝ glorificatoꝝ ⁊ nulla illarū ponit om̄es alias. ideo conuenienter fit ostensio glorificatiōis corporuz per claritatē. Idcirco domin9 in euāgelio Matth. xvij. ca. Significās gloriā resurrectionis nō multiplicat verba: sed perfecte integre ⁊ totaliter significat per claritatem cum dicit. Justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorū.

¶ De apparitiōe Moysi ⁊ Helie qui cū xpo reuerenter loquebant̃ exhibendo illi tanq̄ vero deo reuerētiā ⁊ honorē. Ca. II.

Secunda sublimis ⁊ excelsa dignitas dn̄i iesu xpi apostolis demōstrata dicit̃ superioritatis. Quia em̄ vt ait Chrysostomus. Alij dicebant eum esse heliā. alij hieremiā aut vnū ex prophetis. ideo capita prophetarū induxit. vt differentia appareat inter seruos ⁊ dominū ostendendo ꝙ nō erat helias neq3 moyses: sed illis superior. imo ⁊ dominū se angeloꝝ ⁊ hominū manifestaret. Ecce inquit Mattheus. Apparuit illis Moyses ⁊ Helias cum eo loquentes Pro clariore ꝟo huius partis intelligētia tria sunt hic dubia declaranda.

¶ Primū qualiter apparuerūt ibi Moyses ⁊ Helias.

¶ Scd̄m quō discipuli cognouerūt illos.

¶ Tertiū quid loquebant̃.

¶ Ad primū dubiū diuersimode respondetur a multis. Quidā em̄ dicunt ꝙ moyses ⁊ helias nō apparuerunt ibi vere: sed imaginarie. Alij vero ꝙ angeli pro personis eoꝝ in assumptis corporibus in ipoꝝ. scilicet moysi ⁊ helie similitudine apparuerunt. Nec fuit fictio quia illud angeli fecerunt ⁊ de intentiōe eorū quod ipi personaliter fecissent. Sicut etiā dicit̃. Dominus locutus est ad moysen quando angelus in persona dn̄i loquebatur. Nonulli aūt asserunt ꝙ apparuerunt ibi moyses ⁊ helias vere. Sed apparuit moyses in suo corpore

reassumpto ad tempus. Hoc videt̃ dixisse
Aug⁹. in libro de mirabilib⁹ sacre scriptu/
re Nec mirū est ꝙ pro tam magna re ad tē
pus resurrexerit ⁊ realiter venerit. Alexan
der aūt in. iij. dicit. ꝙ apparuit ibi helias ĩ
corpore ⁊ aīa. Moyses ṽo in aīa tm̄. Ut
em̄ inquit Aug⁹ ad paulinū in libro ꝺ cu/
ra pro mortuis agenda Alij sunt humana
rum limites rerū. Alia diuinarū signa vir
tutū. Alia suntque naturaliter. Alia q̄ mi
rabiliter fiunt. Apparitio itaq꞉ aīaꝝ post
mortē ꝯm limites rerū nō est possibilis: sꝫ
solū ꝯm signa diuinarū virtutū siue solum
ꝯm diuinā potentiā ⁊ nō ꝯm rerū naturā.
Anima igit̃ moysi apparuit ibi vere ꝑ di/
uinam potentiā. Sicut dicit Augustin⁹.
ꝙ anime martyrū per diuinā potentiā pn̄t
hominib⁹ apparere. Et de ꝯfessore felice re
fert ipm̄ apparuisse ciuibus nolanis pie a
se dilectis cum a barbaris nola oppugna
batur. Sed tunc restat questio qm̄ si aīa
moysi tm̄ sine corpore apparuit cum ipa sit
insensibilis quō potuit apparere aspectib⁹
apostoloꝝ. Ad qȯ dicendū ꝙ substātia spi
ritualis apparet sensui duob⁹ modis Uno
modo per corpus assumptū sicut apparet
angelus. Alio modo per solā similitudi/
nem corporis quā facit in sensum ⁊ ꝑ quā
imutat sensum. Sicut em̄ angelus pote/
statē habet supra corpa vt sibi corpus pos/
sit assumere ⁊ apparere sensui ꝑ illud. Ita
habet potentiā vt possit aliquā similitudi
nem corporis in oculo efficere ⁊ per illam
oculū imutare: vt ab oculo per illā perci/
piat̃. Sicut ergo mediante corpore potest
facere similitudinē que ꝯprehendit̃ ita ⁊
sine corpore. Sic anima sancta que glori/
osa est habet illā potentiā. ⁊ hoc modo po
tuit anima moysi apparere oculis corpo/
ralibus apostoloꝝ sine corporis assumptō
ne. ¶ Ad secundū dubiū respondet Am/
brosius. ꝙ discipuli cognouerūt moysen ⁊
heliā ex habitu verbis ⁊ interna reuelatio
ne. qui vt pie credi potest q̄ꝫ primū ibi ap/
paruerūt postea ad pedes iesu humiliter
⁊ reuerenter dixerunt. Adoramus te chri/
ste ⁊ benedicimus tibi: qui venisti per cru
cem ⁊ passionē tuā redimere genus huma
num. ¶ Ad tertiū ṽo dubiū dicit Lucas.
ꝙ loquebant̃ de excessu quē completurus
erat in hierusalē Et vocat excessum passio
nem eius. Primo propter excedentē pau/
pertatē: quia nō habuit in cruce vbi recli/
naret caput. Secundo ꝓpter excedentē hu
militatē ⁊ obedientiā. Tertio ꝓpter exce/
dentē penalitatē. Quarto ꝓpter excedentē
caritatē. quibus virtutibus veluti quat/
tuor gēmis exornant̃ quattuor cornua cru
cis. O q̄ꝫ affabilis erat ex vtraq꞉ parte lo/
cutio illa. O q̄ꝫ benigna erat vox saluato/
ris. dum moysi ⁊ helie apostolis audienti
bus loquebat̃. Tunc Petrus prorupit in
mediū ⁊ dixit. Dn̄e bonū est nos hic esse.
si vis faciamus hic tria tabernacula. tibi
vnū moysi vnū ⁊ helie vnū. Et vt dicit lu/
cas etiā ⁊ marcus. Nesciebat petrus quid
diceret. Primo q᷑ ibi perpetuo esse cupie/
bat tanq꞉ si in visione claritatis corporis
xp̄i beatitudo ꝯsisteret: cū beatitudo essen/
tialiter ꝯsistat in visiōe clara ipius diuini
tatis. licet aspectus humanitatis xp̄i faci
at ad premiū accidentale quo sancti ma/
xime delectant̃. Petrus aūt in illa transfi/
guratiōe nō vidit diuinā essentiā sic pau/
lus in raptu: sed tm̄ eius humanitatē ĩ for
ma gloriosa. Scd̄o nesciebat quid diceret.
q᷑ sine passiōe xp̄i se regnare putabat. Iō
sctūs effrē in q̇dā ꝯmone xp̄m ita introdu
cit loq̄ntē Petre si h̄ mãserim⁹ ṽba ꝓphaꝝ
q̇s adimplebit. vt illȯ. Foder̃t man⁹ meas
⁊ pedes meos ⁊ dinumerauer̃t oīa ossa
mea. Si h̄ manserim⁹ cirographū a de q̇s
diuidet. quis debitū soluet. Si hic man/
serimus que dixi tibi quomodo fient. Ec/
clesia super te quomodo edificabitur. cla/
ues celoꝝ quis accipiet. aut quē ligabis
vel solues. Hec ille. O q̄ꝫ suauis q̄ꝫue io/
cunda erit visio diuinitatis. quando ita ꝺ
lectabat cor petri aspectus humanitatis.
petebat tria fieri tabernacula vnū pro xp̄o
in quo ipe cohabitaret. aliud pro Moyse
in q̊ iacob⁹ ꝑmaneret. tertiū pro helia in q̊
morarer̃ iohãnes. O petre oblitus videris
proximoꝝ tuoꝝ ⁊ oīm q̇ scripti sunt ĩ libro
vite nō pro tam paucis deus factus est hō
nō tam exiguus erit numerus electoꝝ Sꝫ
indulgendū est tibi. q᷑ pre nimia dulcedi/
ne postulas quod fieri nō debet Propterea
ipo ita loquēte. Ecce nubes lucida obum
brauit eos Ubi ꝯm doctoꝝ sententiā trini

tos persona℞ diuina℞ apostolis illis fuit demōstrata. q2 pater apparuit ibi in voce. filius in carne. ⁊ spiritussanctus in specie nubis lucide. Quare aūt in baptismo apparuit in specie columbe ⁊ in transfiguratione in specie nubis lucide dicit Alexander in .i. sūme. ꝙ apparitio spiritussancti fuit ad ostensionē plenitudinis gratie ⁊ veritatis: q̄ fuit redundās in xp̄o in baptismo ꝙ apparuit in specie columbe ꝓpter fecunditatē que attendit̄ in columba in quo significat̄ fecunditas gratie in xp̄o ad regenerationē ⁊ sacramēto℞ sanctificationē In transfiguratōe vero apparuit in nube lucida. ad significandū plenitudinē veritatis redundantis in xp̄o per modū doctrine. Nam plenitudo veritatis in xp̄o fuit sicut nubes ex qua generata est pluuia doctrine Et dicit̄ nubes illa fuisse lucida. q2 de plenitudine veritatis eius accepimus lumē fidei ⁊ doctrine. Hieronymus vero super Mattheū dicit de petro De frondibꝰ aūt tentorijs querebat tabernaculū: sed nubis lucide operit̄ vmbraculo. vt distat in resurrectiōe nō tegmine domo℞: sed sanctispūs gloria sanctos esse protegendos.

¶ De equalitate patris ⁊ filij demōstrata in voce quā audierūt discipuli. Ca. III.

Tertia sublimis ⁊ excelsa dignitas dn̄i iesu xp̄i apostolis demōstrata dr̄ equalitatis. Audierūt nāq3 vocē patris dicentē. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui: ip̄m audite. De hac ita scribit Petrus ij. epistola. c. i. Nō em̄ indoctas fabulas secuti notā facimus vobis dn̄i nostri iesu xp̄i virtutē ⁊ presentiā: sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens em̄ a deo patre gloriā ⁊ honorē voce delapsa ad eū huiuscemodi a magnifica gloria. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui: ip̄m audite. Et hanc vocē audiuimus de celo allatā cū essemus cum ip̄o in monte sancto. Qualis em̄ pater talis filiꝰ eternꝰ pr̄: eternꝰ filiꝰ. imensus pr̄: imensus filiꝰ. Increatus pr̄: increatus filiꝰ. Oip̄s pr̄ oip̄s filius. Sed pro declaratōne huius partis tria sunt hic dubia declarāda.

¶ Primū vtrū processio verbi in diuinis ꝯgrue dicat̄ generatio.

¶ Scd̄m vtrū pr̄ possit dici ꝑncipiū filij.

¶ Tertiū vtrū filius sit alius a p̄re.

¶ Ad primi dubij solutionē notāda sunt tria theologica documēta ꝑm doctrinam sancti Tho. i. parte. q. xxvij. Primū documentū ꝙ processio in diuinis nō est accipienda ꝑm q̄d est in corporalibꝰ vel per motum localē. vel per actionē alicuius cause in exteriorē effectū. vt calor a calefaciēte in calefactū. Sed ꝑm emanationē intelligibilē. vtpote verbi intelligibilis a dicēte q̄d manet in ip̄o. Est ergo processio illa ab intra nō ab extra. Ex quo id q̄d procedit tali processu intelligibili nō est diuersum ab eo a quo procedit. Immo quāto perfectiꝰ procedit: tanto magis est vnū cum eo a q̄ procedit. Manifestū est em̄ ꝙ quāto aliquid magis intelligit̄ tanto ꝯceptio intellectualis ē magis intima intelligēti ⁊ magis vnū. nā intellectꝰ ꝑm h̄ ꝙ actu itelligit ꝑm h̄ fit vnū cū itellectu. vn̄ cū diuinū sit intelligere sit in fine ꝑfectōis necesse ē ꝙ verbū diuinū sit perfecte vnū cum eo a quo procedit absq3 diuersitate. Scd̄m documentū q̄d nomie generatiōis dupliciter vtimur. Uno modo cōmuniter ad oīa generabilia ⁊ corruptibilia. Et sic generatio nil aliud est q̄3 mutatio de nō esse ad esse corruptiōi opposita Et vtriusq3 subiectū est materia. ⁊ sic nō ponitur in diuinis. Secūdo modo generatio dicitur proprie in viuentibus. Et sic generatio significat originē alicuius viuentis a principio viuente coniuncto. ⁊ hec ꝓprie dicit̄ natiuitas. Non tn̄ oīe huiusmodi dicit̄ genitū. sed ꝓprie q̄d procedit ꝑm rationē similitudinis. Unde pilus nō habet rationē geniti ⁊ filij: sed solum quod procedit ꝑm rationē similitudinis nō cuiuscunq3. Nam vermes que generantur in animalibus nō habent rationem filiatiōis. licet sit similitudo ꝑm genus. Sed requiritur ad rationē talis generationis ꝙ procedat ꝑm rationē similitudinis in natura eiusdē speciei. Sic homo procedit ab homine ⁊ equus ab equo. In viuentibus ergo que de potentia in actum vite procedunt. sicut sunt homines ⁊ animalia generatio vtrāq3 generationē includit. Si aūt sit aliquod viuens cuius

vita nõ exeat de potentia in actũ ꝓcessio si
qua in tali inuenit̃ excludit oĩno ꝓmã rõ
nem generationis. Sed põt hr̃e rõnem ge
nerationis que est ꝓpria viuentiũ. Sit g̃
ꝓcessio verbi in diuinis habet rõnem gñã
tionis, ꝓcedit em̃ ꝑ modum intelligibilis
actionis que est operatio vite ꝛ a ꝓncipio
ꝯiuncto. ꝛ ſm rõnem similitudinis. q꞉ cõ/
ceptio intellectus est similitudo rei intelle
cte ꝛ in eadem natura. q꞉ in deo idem ẽ in
telligere ꝛ esse. Unde ꝓcessio verbi in diui
nis dicit̃ generatio ꝛ ipm̃ ꝓcedens dicit̃ fi
lius. Si autẽ aliquis quereret, quare ꝓces
sio verbi intelligibilis in nobis nõ dicitur
generatio sicut in diuinis. Respõdet̃ ꝙ in/
telligere in nobis nõ est ipsa substantia in
tellectus. vnde verbũ qd̃ ſm intelligibilẽ
oꝑationem ꝓcedit in nobis nõ eiusdẽ na/
ture est cũ eo a quo ꝓcedit. Ideo nõ ꝓprie ꝛ
cõplete competit ibi rõ generationis. Sꝫ
intelligere diuinũ est ipsa substantia intel
ligentis. Quare verbũ ꝓcedens ꝓcedit vt
eiusdem nature subsistens. Et ꝓpter hoc
ꝓprie dicit̃ genitũ ꝛ filius. Terciũ documẽ
tũ ꝙ in diuinis sunt due ꝓcessiones. s. ver/
bi ꝛ amoris. Nam ibi vt dictũ est nõ est ꝓ/
cessio nisi ſm actionẽ que nõ tendit in ali/
quod extrinsecum. sed manet in ipso agen
te. hmõi autẽ actio in intellectuali natura
est actio intellectus ꝛ actio voluntatis. ꝓ/
cessio aũt verbi attendit̃ ſm actionem in/
telligibilem. ſm aũt oꝑationẽ voluntatis
inuenit̃ in nobis q̃dam alia ꝓcessio. s. amo
ris ſm quã amatũ est in amante. sicut per
ꝯceptionẽ verbi res dicta vel intellecta est
in intelligente. Ista aũt ꝓcessio amoris in
diuinis nõ dicit̃ generatio sicut dic̃ Atha
nasius. Spũssanctus a patre ꝛ filio nõ fa
ctus nec creatus nec genitus. Ratio est q꞉
hec est dr̃a inter intellectũ ꝛ voluntatẽ ꝙ in
tellectus fit in actu ꝑ hoc ꝙ res intellecta
est in intellectũ ſm suaꝫ silitudinẽ. Volũ
tas aũt fit in actu nõ ꝑ hoc ꝙ aliqua simi/
remaneret. piũ itaqꝫ mediatorē inter nos
⁊ deũ ⁊ mortalitatē hr̄e oportuit trāseuntē
⁊ btitudinē ꝑmanentē. vt ꝑ id qđ trāsit cō
grueret mortuis ⁊ ad id qđ ꝑmanet trāsfer
ret ex mortuis. Ex his colligim⁹ ꝙ xp̄s in
quantũ hō ē mediator inter nos ⁊ deũ. vt
dic̄ Alexanđ. in. iij. Extrema ei sunt ds̄ ī/
mortalis ⁊ btūs hō mortal' ⁊ miser. Me/
dius ē hō mortal' ⁊ btūs q̄ fuit xp̄s quan/
tũ ad naturā humanā. Sꝫ ꝯ h̄ argui possꝫ
ac mōstrari ꝙ xp̄s inquātũ hō nō sit medi
ator. Mediũ em̄ debet cōmunicare cum
vtroqꝫ extremoꝝ. Sꝫ xp̄s inquantũ hō nō
cōicat nisi cũ altero. s. cũ hoīb' ⁊ nō cũ deo
g̊ inquantũ hō nō est mediator. Ad hoc re
spōdet Alexan. ꝙ mediũ dr̄ tripliciter. Pri
mo quantũ ad ꝯuenientiā nature. Scđo
quantũ ad ꝯuenientiā ꝓprietatis. Tertio
quantũ ad ꝯuenientiā ꝑsone. Prīo mō est
mediũ in colorib'. Et sic nō est mediũ in/
ter deũ ⁊ hoīem. qm̄ nō pōt esse natura me
dia. Scđo quantũ ad ꝯuenientiā ꝓprieta/
tis xp̄s pōt dici medius quantũ ad huma
nā naturā inter deũ ⁊ hoīem. qm̄ hꝫ ꝓprie/
tates ꝯuenientes cum vtroqꝫ. cum deo. s.
beatitudinē. plenitudinē gratie ⁊ scie. Et
habet alias ꝓprietates ī q̄b' cōicat cũ hoīe
s. mortalitatē ⁊ alios cōes defectus. Cum g̊
dr̄ ꝙ necessariũ est mediũ cōicare cũ extre/
mis. Intelligendũ ꝙ ds̄ ⁊ hō nō sunt ex/
trema ƀm suas naẗas: sꝫ quantũ ad suas
ꝓprietates. Vñ ds̄ dicebaẗ extremũ rōne
sue īmortalitat̄ ⁊ btitudinis. hō ꝟo rōne
sue miserie ⁊ mortalitat̄. Xp̄s aũt quantũ
ad naturā humanā vtriusqꝫ cōicat alterā
ꝓprietatē. Tertio mō dr̄ xp̄s medi⁹ inter
deũ ⁊ hoīem. s. quantũ ad ꝯuenientiā ꝑso
ne. eo ꝙ eius ypostasis ē in duab' naturis
Vñ dicit dama. ꝙ ei⁹ ypostasis ē ex duab'
naturis. qđ sic exponiẗ. i. in duab' naturis
sb̄sistit. s. diuia ⁊ hūana. nec mutaẗ diuia
ī humanā nec ecōuerso: sꝫ vtraqꝫ ī sua ꝑfe
ctiōe remanet. Xp̄s g̊ quantũ ad humani
tatē pōt dici mediator dei ⁊ hoīm. q̄ꝛ licet
quantũ ad naturā cōicet cũ hoīb' solũ: rōe

tū ꝑsone cōicat cū deo. qm̄ personā hꝫ filij
dei nō personā creatā aut ꝯpositā: ſꝫ eter/
nā ꝛ simplicē. ¶ Scđo xp̄s mori voluit cru
cifixus in aere rōne cōitatis. Quia sicˀ aer
est oīm b; cois. ita eius passio Nam passio
nes alioꝝ sctōꝝ fuerūt ꝓprie. q: petrus pas
sus est ꝓpter se. paulus ꝓpter se. ita ꝛ ceteri.
Xp̄s ꝟo passus est cōiter ꝓpter oēs. Eius
em̄ passio fuit cōis illis q̇ sunt in celo. i. an/
gelis. q: sunt reparati. Illis q̇ sunt in mun
do isto. q: ꝑ suā passionē sunt saluati. Vn̄
ad Colocen̄. i. c. apl's dicit. Pacificās per
sanguinē crucis eius siue q̄ in terris. i. ho/
mines. siue q̄ in celis sunt. i. angelos. Fuit
etiā cōis illis q̇ erāt in inferno. i. patrib; in
de liberatis. licet nō fuerit cōis demonib;
ꝛ reliquis damnatis ꝑ diffinitiuā senten/
tiā q̇ remanserūt in suis supplicijs desola/
ti. ¶ Tertio xp̄s mori voluit crucifixus in
aere rōne sanctitatis. vt aerē sanctificaret
Sanctificauerat quidē terrā trigitatrib;
annis suꝑ eam ambulādo. Sanctificaue/
rat aquā in ip̄a se baptizari faciēdo. San
ctificaturus erat ignē sp̄m sanctū in specie
ignis mittēdo. nō restabat nisi vt sanctifi/
caret aerē. nō sub tecto: sed in ip̄o moriēdo
Ideo Chryſ. in sermone đ passiōe ait. In
excelso ligno ꝛ non sub tecto passus est vt
etiā ip̄ius aeris natura mundaret̄. Sꝫ ꝛ
ip̄a terra simile bn̄ficiū sentiebat decurrē/
tis de latere sanguis stillatiōe mundata.
¶ Scđa exaltatio crucis dr̄ singularꝭ. Ce
lebrat quidē ecclesia solēniter quantū ad
officia festū exaltatōis scē crucꝭ. ꝓpt̄ id qđ
euenit āno xp̄i sexcentesimoq̇ntodecio. Il
lo nāq; tp̄e ꝑmittēdo dn̄o suū ꝓpl'm flagel
lari per seuitiā paganoꝝ Cosdroe rex per
saꝝ multa regna suo imperio subiugauit.
Hierusalē aūt veniēs partē sancte crucis
quā sancta Helena ibi reliquerat tulit. se/
cūq; asportauit. Volens aūt ab oīb; co/
li vt deus turrim ex auro ꝛ argento ꝛ in/
terlucentib; gēmis fecit. Et ibidē solis ꝛ
lune ac stellaꝝ imagines collocauit. ꝑ sub
tiles etiā ꝛ occultos ductus quasi đs aquā
desuꝑ infundebat. Et in subterraneo spe/
cu equi quadrigas trahentes iu circūitu
ibant. vt quasi terrā mouerēt ꝛ tonitruū si
mularent. Filio ḡ suo regno tradito in ta/
li phano ꝓphanus residet ꝛ iuxta se crucē
dn̄i collocans. appellari se ab oīb; deū iu
bet. Et sicut legit̄ in libro mitrali đ officio
Ip̄e Cosdroe in throno residens tanq̄ pa
ter signū crucis sibi a dextris posuit loco fi
lij ꝛ gallū a sinistris loco spiritussancti. se
vero patrē voluit nominari. Tunc Hera
clius imperator exercitū copiosuꝫ collegit
ꝛ ꝯtra filiū cosdroe iuxta danubiū fluuiū
dimicaturus aduenit. Tandē vtrisq; p̄n
cipib; placuit vt ip̄i suꝑ pontē soli certa/
rent. ꝛ qui victor existeret ip̄e sine damno
vtriusq; exercitus imperiū retineret. De/
cretum etiā exijt: vt quicūq; principē suū
iuuare p̄sumeret crurib; excisis ꝛ brachijs
in flumine mergeret̄. Ac heraclius totū se
deo obtulit. ꝛ se cruci sanctissime deuotiōe
q̄ potuit ꝯmēdauit. Factū est aūt vt deo ꝓ
picio heraclius victor euaderet. q̇ cunctū
exercitū inimicoꝝ sue ꝑtāti subegit. Cos/
droe ꝟo ignorabat exitum belli. q: cum ab
oīb; odiret̄ sibi a nemie intimat̄ Quare
heracl'ˀ ad eū ꝑuenit ꝛ in throno aureo eū
sedentē reperiēs interrogauit an vellet sa
crū baptisma suscipe͛. itaq; vitā cū regno
pariter ꝯseruare. Qđ cū illo acceptare no
luisset ab heraclio ē decollatˀ Filiū ꝟo suū
decē annoꝝ baptizari fecit. ꝛ de sctō fonte
ip̄m suscipiēs regnū paternū ei dimisit. tur
rim ꝟo illā destruēs argentū in predā sui
exercitus dedi. Aurū ꝟo ꝛ gēmas ad repa
randas ecc̄ias q̄s thyrannˀ destruxerat re
seruauit Sacrā igit̄ crucē suscipiēs hiero
solymā reportauit. Cū aūt de mōte oliue/
ti descendēs ꝑ portā q̄ dn̄s passurˀ transie/
rat. i equo suo regio ꝛ ornamētꝭ impꝑialib;
ingredi vellet repēte lapides porte descen/
derūt: ꝛ inuicē q̄si esset vnus paries se clau
serūt. Suꝑ q̇ cunctis stupentib;: angelus
dn̄i signū crucis in manib; tenēs suꝑ por/
tam apparuit dicēs. Cum rex celoꝝ ꝑ hāc
portā ad passionē intraret: nō cultu regio
sꝫ humili asello ingrediēs humilitatis ex/
emplū suis cultorib; dereliquit. his dictis
angelus abscessit. Tūc imperator se vsq;
ad camisiā exuit. deposuitq; calciamenta
crucēq; dn̄i cū lachrymis accipiēs vsq; ad
portā baiulauit. moxq; porta cunctis pa/
tuit redeūtib; lapidib; ad p̄stina loca diui
na virtute. Rex aūt deuotissimus in has
crucis laudes prorupit O crux splēdidior

cunctis astris. mūdi celebris. hoib⁹ multū amabilis. sanctior vniuersis. q̄ sola fuisti digna portare talentū mūdi. dulce lignuz dulces clauos dulcia ferēs pondera salua presentē cateruā in tuis hodie laudib⁹ cō/gregatā. Sic p̄ciosa crux in suo loco resti/tuit᷑ ꝛ antiq̄ miracula renouant᷑. Mortu⁹ quidā vite restituit᷑. paralitici quattuor curā tur. leprosi decē mūdant᷑. q̄ndecim ceci il/luminant᷑. demones effugant᷑. plurimiqꝫ a varijs languorib⁹ liberāt᷑. Et ita imp̄ator eccl̄ias rep̄ans: ꝛ regijs munerib⁹ dotans: ad ꝓ̄pria remeauit. ¶ Tertia exaltatio cru cis dr̄ general᷑. Erit q̄ppe crux i die iudicij exaltata. q̄ vt cantat eccl̄ia. Hoc signū cru cis erit in celo cū dn̄s ad iudicandū vene/rit. Et vt ex dictis Chryſ. colligi pōt. crux i qua saluator nr̄ pependit miraculose re/parabit᷑: ꝛ apparebit sole lucentior. Ip̄a in sup̄ signa crucis in corp̄e xp̄i videbunt᷑ ab oib⁹ q̄ in manib⁹ eius pedib⁹ ꝛ latere ideo seruata sūt. vt in p̄petuū sue victorie xp̄s fer ret triūphū. Tunc vt ait hiero. ad helio/dorū de ꝯtemptu mūdi. Tu rustican⁹ exul tabis ac dices. Ecce crucifixus d̄s meus. Ecce q̄ obuolutus pānis i presepio vagijt hic ē op̄arij ac questuarie filius. hic demo/niū hn̄s ꝛ samarites. hic vestitus coccino. hic sentib⁹ coronatus. Cerne man⁹ iudee q̄s fixeras. Vide latus romane q̄d fode/ras. videte corpus an idē sit q̄d dicebatis clam nocte sustulisse discipulos.

¶ Qualiter adoranda est crux i qua chri/stus pependit. ꝛ alie cruces in quibus nō pependit. Ca. III.

TErtium mysteriū con/templandū de cruce xp̄i dr̄ ad/orōnis. In quo ap̄ire debemus vtrū cultus latrie sit exhibendus cruci xp̄i Ad q̄d respondet Bonauētura in. iij. di. x. q̄ hic est multiplex modus dicendi. Qui/dam em̄ tenent q̄ ip̄i cruci debet᷑ honor q̄ dicit᷑ yperdulia. Et ratio huius est q̄ ip̄a crux fuit instrumentū totius redemptiōis humane. In ip̄a em̄ salus ꝛ redemptio to tius humani generis est facta. ꝛ ideo oēs homies debēt ei esse subiecti subiectōe no/tabili ꝛ speciali. ꝛ ꝓ̄pterea dicūt debere ad/orari eam excellentiori adoratiōe q̄ sit du lia que debet᷑ rationali creature. Quia ta/men crux ista nec est deus. nec ip̄i diuinita ti aliquid vnitū. ideo nō est ei cultus latrie exhibendus ꝓ̄pter hoc q̄ tenet mediū inter latriā ꝛ duliā. adoratio crucis vt dicatur yperdulia. Sed quoniā adoratio sicut al/locutio videt᷑ esse solūmodo inter res rōne capaces. Adoratio ei quedā oratio est ad aliquid ordinatū. vnde adorare est aliq̄d orare. crux aūt xp̄i caret omino rōne. Ideo alij dixerūt eam nō esse adorandā. nec in/quantū in ea adorat᷑ xp̄s. nec aliqua est ei reuerentia exhibenda honoris: nisi ratiōe crucifixi. sicut nec imagini ratiōe imagina ti. Et ideo dixerūt q̄ cruci xp̄i est cultus la trie exhibendus. ꝛ nullus alius nec dulie nec yperdulie. Rem em̄ insensibilē stultuz est honorare cū p̄ indifferēti habeat hono/rem ꝛ vituperiū. Et hoc innuūt cōfirmare per Damascenū in capitulo de imaginib⁹ vbi dicit. q̄ nō crucem adoramus: sed tipū idest figurationē. Et sic nō videtur q̄ crux adoretur inquantū est res aliqua: sed in/quantū est signū. Verūtamen si conside/remus verba Damasceni i capit̄lo de cru/ce videtur q̄ nō solūmodo cruci christi pro ut est signū siue inquantū tipus est: sed in ratione materie exhibenda sit reuerentia. quia non solum est venerāda figura: sed etiam verum lignū crucis in quo domin⁹ pependit. In alijs vero crucibus veneran da est solum figura: nō materia. Ait enim sic. Ip̄m quidem preciosum lignū crucis venerabile in quo seip̄m pro nobis christ⁹ obtulit: vt sanctificatū tactu corporis ꝛ sā guinis decenter est adorandum. Et post. Si aūt ex alia materia facta est. non ma/teriā adoramus absit: sed tipum. vnde si aurum ꝛ preciosi lapides fuerint post tipi dissolutionē non sunt adoranda. Ex quo colligitur q̄ aliqua sit ip̄i cruci reuerentia exhibenda excepta adoratione latrie. Et huius signū est quia ecclesia solennizat in crucis inuentione ꝛ exaltatione. sicut in fe stiuitatibus sanctorū. Et ideo neuter pre/dictorum modorū videtur sufficiens. Pro pterea dicendum q̄ duplici modo exhibe/tur alicui honor. Aut in obsequium reue/rentie. et iste est honor venerationis. Aut in testimonium virtutis ꝛ complacentie

famulatū. Et iste est honor adorōnis. vterqꝫ aūt istoꝝ honoꝝ offerṫ cruci. Nam crucem adoramus ⁊ crucē veneramur. Sed in h̄ est dr̄a. q̄ honor veneratiōis exhibeṫ ipi cruci tanqꝫ instrumēto nr̄e salutis. vn̄ sicut exhibemus reuerentiā sacramētis qꝛ est in eis aliquo mō nostre salutis causalitas. sic cruci xp̄i ⁊ clauis eius aliqua reuerenti a ē exhibēda. Et respectu illius honoris habet crux i se aliq̄d ꝑpter qd̄ debet honorari. Honor aūt adoratōnis offerṫ ipi cruci rōne crucifixi. Nemo em̄ intendit ei placere vel aliq̄d impetrare ab ea: sed ei q̄ in ea affixus fuit. Et sic nō debeṫ ei nisi adoratio latrie. Sic igiṫ cruci xp̄i duplex honor debeṫ. ⁊ vnus ē latria. Alius vo nō pꝫ dici nec latria neqꝫ dulia. qꝛ nō est species adorationis. sed vocari potest honor venerationis. Hec Bonauentura. Multa itaqꝫ sunt crucis preconia ꝑpter que a cunctis fidelibꝫ crux venerabilis est colenda. qꝛ hec est scala per quā patet electis adit⁹ ad regna celoꝝ. in quo viuit ⁊ regnat in perpetuū christus filius dei: qui sit in secula benedictus. Amen.

¶ Sermo quintusdecim⁹ de amore xp̄i exhibitus humano generi qui exprimiṫ mystice in euangelio samaritane.

SIc vere est saluator mūdi. Scribunṫ hec verba Joh. iiij. cap. Que descripsit euangelista de benignitate miranda saluatoris nostri iesu xp̄i exhibita mulieri samaritane. grata iocūdissimaqꝫ debent esse fidelibꝫ cunctis. qm̄ in illis mystice ac spiritualiter designaṫ amor ardentissimus: quē saluator noster dignatus est humano generi demōstrare. Om̄ia eq̄dem q̄ fecit queqꝫ dixit ab vtero virginis vsqꝫ ad patibuluꝫ crucis ad salutem hominū ordinauit. Propterea nāqꝫ deus factus est hō vt perditū hoīem redimeret atqꝫ ad regna celestia reuocaret. procurauit aūt quantū in se fuit nō solū mulieris Samaritane: sꝫ insup oīm q̄ sibi adherere volunt hereditatē incorruptā. imarcessibileꝫ ⁊ incōtaminatā in cel'. Quaꝑpter vt ista deuotius attentiusqꝫ ꝯtemplari possum⁹ in p̄nti sermone percurremus hystoriā samaritane: sub titulo de amore xp̄i erga humanū genus qd̄ sua beniuolentia caritateqꝫ reparauit. sicut verba ꝓposita dicunt. Hic est vere saluator mūdi. In q̄bꝫ tres amores distinguere possumus.

¶ Prim⁹ dr̄ amor peregrinās.

¶ Secundus amor manifestās.

¶ Tertius amor ꝯfortās.

¶ Qualiter christus peregrinādo in paupertate ⁊ penalitate quesiuit hominem lapsum. Ca. I.

PRimus amor xp̄i hoī lapso mōstratus dr̄ peregrinās Voluit nāqꝫ peregrinādo ⁊ discurrēdo querere oues errantes. qd̄ notaṫ in principio euāgelij siue in p̄ma parte. diciṫ nāqꝫ ibi. Venit iesus in ciuitatē samarie q̄ dr̄ sichar. Est aūt samaria vt inq̄t beda insignis palestine. ꝓuincie ciuitas adeo vt tota regio ei sociata samaria dicaṫ. De hac insup ita dicit Isid. xiiij. ethi. Samaria regio palestie ab oppido quodā nomē accepit: qd̄ vocabaṫ samaria. ciuitas quōdam regalis in israel. q̄ nunc ab augusti noīe sebastia nuncupaṫ. hec regio inter iudeā ⁊ galileā media iacet Ciuitas ḡ sichar erat i illa regione q̄ antiquitus dicebaṫ sichem. vt pꝫ Gen̄. xxxiij. ca. Jō ait Chryś. Locus ille erat vbi pro Dina Symeon ⁊ leui grauē occisionē fecerṫ Sequiṫ Johes in euāgelio iuxta prediū qd̄ dedit Jacob Joseph filio suo. Dicit Nico. de lira. q̄ iacob veniēs de mesopotamia emit agrū ab emor p̄ncipe sichem ⁊ ibi ad tp̄s habitauit iuxta vrbē. Sꝫ ꝓpter raptū dine occisi sunt habitatores illius ciuitatꝫ. ⁊ sic cessat in possessiōe eius. ⁊ illū locū dedit ioseph. Vn̄ Gen̄. xlviij. c. dixit iacob. Do tibi partem tuā extra fratres tuos quā tuli de manu amorre in gladio ⁊ arcu meo. Ampliauerat iacob agrū quē emit addens ⁊ vicinas possessiōes iusto bello quesitas. Ibi aūt erat fons iacob. s. puteus quē effodi iacob fecerat. Dicit nāqꝫ Augustin⁹ in omelia presentis lectiōis. Om̄is puteus fons. sed nō om̄is fons puteus. vbi em̄ aqua de terra manat: ⁊ vsum prebet haurientibus fons diciṫ. Sed i promptu ⁊ superficie sit fons tm̄ diciṫ Si aūt in alto ⁊ in profundo

sit ita puteus vocat᷑ vt nõ fontꝫ nõ admit
tat. In hoc loco sic ait Theophilus. Ex
ꝯmemoratione fontis ꝛ p̃dij edocemur ꝙ
ea que patriarche ꝓpter fidem quã in deo
habebãt adepti sunt iudei ꝓpter impieta/
tem eoꝝ ꝑdiderũt. ꝛ eoꝝ loca gentibꝫ tra/
dita sunt. Fatigatus ergo iesus qꝛ hora erat
quasi sexta sedebat sic sup̲ fontem. discipu
li aũt iuerant in ciuitatẽ vt cibos emerent
Sessio illa vt Cris. dicit ꝓpter laborem fa
cta est ꝛ vt expectaret discip̾los. ꝛ ꝓpt᷑ estũ
refrigerans corpus apud fontẽ. dũ sic sede
ret venit mulier de samaria haurire aquã
s̾m Nico. de lyra. Samaria nõ est hic no/
men ciuitatis: sed gentis vel regionis. qꝛ il
la mulier erat de ciuitate sichem: que tunc
erat metropolis samaritanoꝝ: vt dicit Jo
sephus. xi. antiquitatũ lib. Dixit iesus illi
mulieri. Da mihi bibere. Respondit illa.
Quõ tu cũ iudeus sis a me bibere postis
q̃ sum mlier samaritana. Refert Cris. Iu
deũ eũ extimauit a figura ꝛ locutione. Ni/
colaus ṽo de lyra dicit ꝙ cognouit eũ esse
iudeũ ꝑ habitũ quem portabat. quia sicut
erant iudei distincti ab aliis in cultu dei ꝛ
in circũcisione: ita ꝛ in veste. Quare ṽo iu
dei abominabant᷑ samaritanos multiplex
ratio assignari potest. Et p̃ma s̾m Criso.
quia samaritani solum ea que moysi sunt
suscipientes, ꝓphetaꝝ nõ multã curã ha/
bebant. Secũda quia samaritani colebãt
deum ꝛ idola ꝛ errabant dicentes deũ esse
corpus. Tercia ratio s̾m Nico. de lyra. qꝛ
samaritani molestias multas intulerunt
iudeis in reedificatione templi ꝛ ciuitatis
vt ptꝫ Hesdre. i. c. Sed in hac ꝑte littera
euãgelij dimissa ad ꝑegrinantẽ illũ ocl̾os
mentis nostre vertamus. Ipse vtiq̲ deus
incarnatus ꝑegrinando ꝛ discurrẽdo ani/
mas nostras vt pastor sollicitissimus per/
quisiuit. habuit aũt peregrinatio sua tres
conditiones.

¶ Prima fuit conditio penalitatis.
¶ Secunda paupertatis.
¶ Tercia diuturnitatis.

¶ Prima fuit conditio penalitatis. Volũ
tarie quippe languores nostros tulit dolo
resq̲ portauit. Quisnam enarrare suffici/
at labores xp̃i q̊s tulit vigilando. orando
ꝓ peccatis ꝛ ingratitudine hoĩm. sepissime
lugendo. ambulando. p̃dicando. ieiunan/
do ꝛ tandẽ passionẽ acerbissimã sustinẽdo.
Expergiscere fidelis aĩa ꝛ intuere regẽ ce/
loꝝ ꝛ dñm: nõ solum hac vice defatigatũ ꝛ
sedentẽ sup̲ fontẽ. Sed fatigatũ in p̃sepio
augusto. fatigatũ ĩ brachijs maternis dũ
fugit herodem fatigatũ in egypto. fatiga/
tũ in ieiunio. fatigatũ in orõne. fatigatum
in sudore sanguineo. fatigatũ sub pedibꝫ
capientiũ illũ. fatigatũ in vinculis. fatiga/
tũ in illusionibꝫ. fatigatũ in sputꝫ ꝛ fetidis
oculis. fatigatũ in columna. fatigatum in
cruce. O dura mẽs hoĩm. O duricies cor
diũ nr̃oꝝ fatigat᷑ xp̃s ex amore. patitur ex
amore. effudit sanguinẽ ex amore. Mori
tur ex amore. ꝛ nos eũ q̃ nos tantũ diligit
diligere nolumus. Propterea Aug. in lib
ꝯ q̃nq̲ hereses inducit xp̃m ita ad hoĩem
ingratũ loquentẽ. Cũ esses inimicus pa/
tris mei: recõciliaui te. Cũ inter montes ꝛ
siluas errares: q̃siui te. humeris meis por/
taui te. laboraui. sudaui. caput meũ spinis
opposui. manus meas ꝛ pedes clauis ob
ieci. vt te mihi copularem: ꝛ tu diuideris
a me. ¶ Secũda ꝯditio ꝑegrinatiõis xp̃i
fuit paupꝰtatis. dũ em̃ in hac vita mansit:
pauperẽ vitã gessit. Ex quo dicebat Ma
thei. viij. c. Vulpes foueas hñt ꝛ volucres
celi nidos. filius aũt hoĩs nõ habet vbi ca
put suũ reclinet. Notandũ tñ ꝙ q̃nq̲ hr̃e
voluit cũ ap̾lis aliquid in cõi qđ colligitur
ex euangelio vbi dicit᷑. Discipuli aũt abie
rant in ciuitatẽ vt cibos emerent. Sꝫ ꝓpt᷑
hoc dicit Aug. xij. q. i. in ca. hẽbat. habebat
dñs loculos a fidelibꝫ oblata ꝯseruãs ꝛ su
oꝝ necessitatibꝫ ꝛ alijs indigentibꝫ tribue/
bat. Et sup̲ ps̃. Cui idẽ Aug. inquit. Ha
buit dñs loculos. sicut dictum est de q̊bus/
dam religiosis feminis ꝙ ministrabant ei
de sua substãtia futurus erat. Paulus ni/
hil tale aliq̃ñ querens ꝛ oĩa ꝓuincialibus
donans. Sed quia multi inferni ista que
situri erãt. magis infirmoꝝ personam su/
scepit xp̃s. sublimius paulus. nunquid ꝛ
xp̃o sublimius. xp̃s qꝛ misericordius. Cũ
em̃ viderent paulũ ista nõ esse quesiturũ.
ꝓuidit ne damnaret quesituꝝ ꝛ p̃buit exẽ
plum infirmo. hec ille. Et licꝫ ita esse firmi
ter sit tenendũ nihilominus paupertatem
semꝑ verbo ꝛ exẽplo sublimit᷑ ꝯmendauit.

¶ Tercia cōditio peregrinationis christi
dicit̄ diuturnitatis. Triginta em̄ trib₉ an/
nis multipliciter patiendo vt p̄dictuȝ est
aīas nr̄as errabundas q̄siuit. Nec ardor
huiuscemodi sitis de aīabus inueniendis
vllo vnq̄ꝫ tp̄e potuit in eo extingui. Sitio
dixit samaritane da mihi bibere. Sitio in
sup̄ clamauit in cruce. Sitiebat vtiq̄ꝫ no/
stram salutem. O iesu bn̄dicte. O fili dei
altissimi. tu sitis nostrā salutē: ꝛ nos totis
viribus illam recusamus. Tu p̄cium tui
sanguinis ꝓ debito nostro soluis. ꝛ nos il/
lud cōtemnimus. Tu pie dolens in cruce
clamans. sitio. sitio. sitio. ꝛ nos obaudim⁹
Et que est nostra ingratitudo: que ꝑtina/
cia: queue seuitia. Auctorē vite audire no/
lumus. quia malitia nostra nos excecauit
Diximus de amore ꝑegrinante.

¶ Qualiter xp̄us ex amore manifestauit
hoī veritatem sūmi boni. falsitatē mundi
ꝛ sublimitatem dei. Capl'm. II.

Secundus amor chri/
sti generi hūano exhibitus dici
tur manifestans. Manifesta/
uit q̄dē multa samaritane. que insup̄ oīb₉
nob̄ fecit ac voluit esse nota. ꝛ p̄cipue tria.
¶ Primū est summi boni veritas.
¶ Secundum est mundi falsitas.
¶ Terciū est dei sublimitas.
¶ Primū q̄d manifestabat Jesus est sūmi
bonitas veritas. Errabat quippe mūdus
varijs diuersisq̄ꝫ opinionib₉ circa summū
bonū. nec inter phos inuentus est quispiā
q̄ suo ingenio illō valeret attingere. Qui/
imo cū de illo varia fuissent locuti. tandeȝ
absq̄ꝫ imortalitate ꝯcludebant hoīem fie/
ri posse beatū. Ideo inquit Lactātius in
iij li. diui. insti. ꝯtra tales. Summū bonū
q̄d beatū facit nō pōt esse nisi in ea religio/
ne atq̄ꝫ doctrina cui spes imortalitatꝭ ad
iuncta est. hec ille. Quisnā btm̄ censeat eū
q̄ vel voluptate animi siue corp̄is oblectet̄
vel ingenio ꝛ sciā pollēat. vel honestate ni
tescat. vel diuitijs affluat. vel glīa tp̄ali p̄/
fulgeat. ꝛ hmōi. cū oīa ista velocissime
transeant atq̄ꝫ deficiant. Propterea xp̄s di
cebat. Qui biberit ex aqua quā ego dabo
ei nō sitiet in eternū: sed fiet in eo fons aq̄
salientis in vitā eternam. Aqua xp̄i est dei
grā q̄ mediante acquirit̄ eterna vita. Ap/
paret itaq̄ꝫ q̄ sūmū bonū esse non pōt vbi
eternitas deest. Hanc aūt eternitatē xp̄s
p̄conizauit cū dixit. Joh. iij. ca. Sic de⁹ di/
lexit mundū vt filiū suuȝ vnigenitū daret:
vt oīs q̄ credit in illū nō pereat: sed habeat
vitam eternā. Et iteȝ. vi. ca. Hec est volū
tas patris mei q̄ misit me: vt oīs q̄ videt
illū ꝛ credit in eū nō pereat: sȝ habeat vitā
eternā. Et. x. c. Oues mee vocē meā audi
unt: ꝛ ego do eis vitā eternā. Et Math.
xix. ca. Oīs q̄ reliquerit domū aut agros
ꝛc̄ ꝓpter nomē meū: centuplū accipiet ꝛ vi
tam eternā possidebit. Et. xxv. ca. Ibunt
hij in ignē eternū. Justi aūt in vitā eternā.
¶ Secundū q̄d manifestauit iesus ē mun
di falsitas dū dixit. Omnis qui biberit ex
hac aqua sitiet iteȝ. In hoc siquidē deci/
pit mūdus dilectores suos q̄ dū desidera
ta bona tp̄alia largit̄. nunq̄ꝫ tn̄ aīm satia/
re mentēq̄ꝫ quietare pōt. Hinc Hiero. ad
deme ria dē virginem ita pulchre dicebat.
Diuitiaȝ amor insatiabilis est. expleri ne/
scit. honoȝ cupido celerē rei habiture finē
sine fine q̄runt̄. Nō ab re igit̄ xp̄s dicebat
samaritane. O si scires domū dei ꝛ q̄s est
q̄ dicit da mihi bibere. forsan ꝛ tu petisses
ab eo ꝛc̄. q: xp̄s iesus paratus est benigne
grām suā ꝯcedere oīb₉ illā postulantib₉
Sed mortales miseri qn̄q̄ꝫ cū deo ꝯtende
re nō erubescūt. Cur inquiūt q̄s damnan
dos p̄sciuit creare voluit. Cur nō oēs an̄/
q̄ꝫ peccarent in grā sua ꝯfirmatos impec/
cabiles reddidit. Cur hoī peccare volenti
īpedimentū nō p̄stat ꝛ similia. Quib₉ con
sulimus ista nō esse querēda. cū bonus d̄s
oīa bn̄fecerit. sed tm̄ ꝯsideremus q̄ q̄sq̄s
ille sit q̄ saluare velit ꝛ grām dei desiderat
nūq̄ꝫ sibi denegat̄. Nolūt grām dei q̄ tp̄a/
lia bonoȝ amore decepti: si illoȝ fragili bre
uiq̄ꝫ vsu beatos se putant. Non ꝑcipiunt
hi ea q̄ dei sūt. Quimo inflāmare iudeis
ad terrena ista ꝛ trāsitoria bona ꝯcupiscē/
da. Hoc mystice apparet in samaritana:
q̄ dū audisset a christo ꝯditionē aque spū
alis corp̄alem aquā intelligebat ꝛ affecta/
bat. Aiebat em̄. Dn̄e da mihi hanc aquā:
vt nō sitiam neq̄ꝫ veniā huc haurire. Vbi
dicit Aug. Adhuc ista mulier carnē sapit
delectata est nō sentire. ꝛ putabat hoc fm

carnē a dn̄o sibi esse p̄missum. Dederat ei
deus aliqn̄ seruo suo Helye vt p quadra/
ginta dies nec esuriret nec sitiret. Qui h̄
potuit dare p quadragita dies nō poterit
dare semp. Delectata ḡ tali munere rogat
vt ei aquā viuam daret. Dixit aūt iesus il
li. Uoca virꝝ tuū. id est fm Aug. pn̄ta in/
tellectū tuum. sed litteraliter intelligendo
hoc dicebat xp̄s vt declararet sibi turpitu
dinem suā. Nam cū illa dixisset se virū nō
habere. xp̄us illam benigne redarguit re/
uelando sibi ꝙ qnꝗ viros habuisset. post
quoꝝ mortē successiue adulteriū accepissꝫ
¶ Terciū ꝙ xp̄us manifestauit est dei sub
limitas. q꞉ nō est ipse dn̄s oim aliquid cor
porcū ⁊ vile vt falso estimarūt pleriꝗ de q
bus dixi in primo sermone huius operis.
Propterea ꝯfundit stulticia gentiū q̄ post
idola cucurrerūt. ⁊ ineptia illoꝝ q vel ho/
mines vel aīalia vel celestia corpa deos eē
dixerūt Audiant hi oēs xp̄m samaritane
loquentē. Illa nāꝗ vt Cris. ait. a xp̄o rep
hensa nō ꝯtristata est neꝗ dimittēs fugit:
sed admirat magis ⁊ īmorat dixitꝗ xp̄o.
dn̄e vt video ꝓpheta es tu. patres nostri in
monte hoc adorauerūt: ⁊ vos dicitis quia
hierosolimis est locus vbi adorare oportꝫ
Iudei quippe dicebant ꝙ nō licebat orare
nisi ī tēplo a salomone ꝯstructo. Samari
tani ꝟo asserebant esse orandūȝ in monte
samarie. fm Nico. de lyra. Ille erat mons
Garizim: in q filij israel benedixerūt deuȝ
qn̄ intrauerūt terram ꝓmissionis. Et vo/
cabant samaritani Iacob ⁊ patriarchas
patres suos siue q꞉ ipsi legem moysi tene/
bant. siue quia iacob ⁊ filij eius in partibꝫ
illis habitauerūt. siue q꞉ ille mons ex he/
reditate Iacob ad eos ꝑuenerat. Respon
dit itaꝗ iesus mulieri. Crede mihi q꞉ ve/
niet hora qn̄ neꝗ in monte hoc neꝗ in hie
rosolymis adorabitis patrē. vos adoratis
quod nescitis. nos adoramus qđ scimus
q꞉ salus ex iudeis est. Dicit Cris. Sama
ritani q̄dem quod nesciebant adorabant
qm̄ localem ⁊ corpalem estimabant deuȝ:
nihil de eo plus imaginantē q̄ȝ de idolis. ⁊
idcirco cultū dei cū cultu demonū miscue/
rūt. Subdidit xp̄s. Sed venit hora ⁊ nūc
est quando veri adoratores adorabūt pa/
trem in spiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater ta

les querit qui adorent eum. Spūs est deꝰ
⁊ eos qui adorāt eū in spū ⁊ veritate ado/
rare oportet. Nam placuit mulieri senten
tia christi. voluisset em̄ ꝙ xp̄us diceret in
monte illo esse orandum. Et ꝓpterea dixit
Scio quia messias veniet q dicit xp̄s. cū
ergo venerit ille nobis annūciabit omnia
Dicit ei iesus. Ego sum qui loquor tecū.
Et ꝯtinuo venerūt discipuli eius ⁊ mira/
bant ꝙ cum muliere loquebat xp̄s. Admi
rabant inquit sic. p abundantē christi mā
suetudinē ⁊ humilitatē: qm̄ ita ꝑspicuus
existens sustinuit loqui cū tanta benigni/
tate mulieri inopi ⁊ samaritane. Relicta
vero ydria sua abijt festina mulier in ciui
tatem dicens. Uenite ⁊ videte hoiem qui
dixit mihi oia que feci. nunq̄d ipse est xp̄s
Quare multi de ciuitate venerūt ad illuȝ
audientes que samaritana referebat. Nā
vt dicit Nico. de lyra. Samaritani erant
in suspenso de aduētu christi de ꝓximo. tū
ꝓpter impletionē tp̄is. tū ꝓpter p̄dicationē
Iohis cuius predicatio tunc erat famosa
⁊ de christo ꝓclamata. Ideo facilius cre/
diderunt verbo mulieris.

¶ Qualiter christus ex amore cōfortauit
discipulos vt predicarent. Ca. III.

Tertius amor christi
generi humano exhibitus dicit
ꝯfortans. Confortauit siquidē
discipulos vt ꝓ salute hoim predicarent.
Et vt eoꝝ predicatio efficax fructuosaꝗ
haberet. tripl'r illā docuit exercendam.
¶ Primo feruenter.
¶ Secundo letanter.
¶ Tercio perseueranter.
¶ Primo docuit discipulos predicare fer/
uenter cū desiderio. s. salutis pxi. Nam de
illa magis dꝫ esse p̄dicator sollicitus: q̄ȝ de
pria corporali necessitate. Hinc est ꝙ cum
tempus instaret comedendi voluit beni/
gnus iesus differre vt intenderet predica/
tioni. dans exemplum alijs similiter faci/
endi. Et hoc est quod dicit in euangelio.
Interea. i. anteq̄ȝ venissent samaritani ro
gabant eum discipuli eius dicentes. Rab
bi manduca. Ille autem dixit eis. Ego
alium cibum habeo maducare quem

vos nescitis. Hic Theophilus ait. Dñs
sciens q samaritano totā ciuitatē ad eum
attraheret h discipul' significauit dicens.
Ego cibū habeo manducare quē vos ne/
scitis. Et Cris. Hoim salutē hic cibū vo
cauit. ostendens q̄ztū desideriū habet nr̄e
salutis. Dicebant g̃ discipuli ad inuicem.
Nunq̇d aliquis attulit ei mādūcare. Ru
des adhuc erāt ꝛ de cibo corꝑali putabāt
xp̄m loqui. At ipse subdidit. Meus cibꝰ ē
vt faciā voluntatē eius q̇ misit me. s. vt ꝑ/
ficiam opus eius vt p̄dicando samarita/
nos ꝯuertā: ꝛ in cruce moriendo ac meum
sanguinē fundendo ꝓ peccatis hoim satis/
faciā. O si videremus xp̄m labia sua dul
ciora suꝑ mel ꝛ fauū aperientē. audiremus
q suauissimā vocē dicentē. Meus cibus
est vt faciā voluntatē p̄ris mei q̇ misit me
piecꝫ ꝯsiderare vellemus ardorem sui cor
dis quo feruentissime nostrā salutē exop/
tat vtiqꝫ viscera nr̄a cōmouerent'. Qđ si
nō fieret duriores petrꝭ. imaniores beluis
ꝛ indomitis feris crudeliores merito cen/
sendi erimus. Dicebat g̃ discipl'is expost.
Nonne vos dicitis q adhuc q̄tuor men/
ses sunt ꝛ messis venit. q̄si dicat. licꝫ tp̄us
messis corꝑalis adhuc distet. tn̄ tp̄s mes/
sis sp̄ūalis instat. Dicit' autē messis colle/
ctio frugū. ꝛ ad sil'itudinē huiꝰ messis sp̄ū
aliter dr̄ vocatio hoim ad fidem. ꝑ quā cō
gregabunt' hoies in dñi horreū. Vn̄ sequi
tur. Ecce dico vobis leuate oculos v̄ros ꝛ
videte regiones. q̄ȝ iam albe sunt ad mes/
sem. h dicebat ꝓpter samaritanos veniētes
ad ip̄m iā dispositos ad credendū. ¶ Se/
cūdo docuit discipl'os p̄dicare letanter. vt
s. ꝯsideratione p̄mij nō euitarēt p̄dicandi
labores. Sicut em̄ samaritani iā erāt dis/
positi ad credendū ꝑ p̄dicationem xp̄i. ita
etiā xp̄s videbat multitudinē gentiū ꝑ to
tū mundū cito ꝯgregandā in horreū eccle
sie ꝑ p̄dicationē apl'oꝝ. ex q̄ p̄dicatiōe me
ruerūt p̄miū eterne vite. Et h est qđ dicit'.
Et q̇ metit mercedē accipit. In p̄nti em̄ ē
p̄ma messis ꝑ quā hoies adducūt' ad fidē
ꝛ in hac messe messores fuerūt apl'i. Vlti/
ma ꝟo messis erit in iudicio qn̄ colligent'
fideles intra horreū gl'ie. ꝛ tunc messores
erūt angeli. Et iō seq̇t'. Qui ꝯgregat fru/
ctū. i. m'l'titudinē fideliū reponēdā in vitā
eternā. q̄ȝ ꝑacto iudicio reponēt' in horreo
gl'ie ꝑ misteriū angeloꝝ. Et q̄ȝ xp̄s locutꝰ
ē de messe sp̄ūali ꝑ sil'itudinē messis corꝑa
lis. iō oñdit in q̇ est sil'is ꝛ in q̇ dissil'is. Ad
cuius intellectū sciendum q apud iudeos
erat ꝓuerbiū de hoc q qn̄ aliq̇s multū la/
borabat in re aliq̄. ꝛ alius reportabat fru/
ctū dicebat' ꝓuerbial'r. Vnus seminat et
alius metit. q̄i diceret'. vnus laborat ꝛ aliꝰ
gaudet. Et sic aliqn̄ ꝯtingit đ messe corꝑa
li: que ab vno aliqn̄ seminat': ꝛ ab eius ho
ste irruente colligit'. De messe ꝟo sp̄ūali sic
est. q alij seminauerūt ꝛ alij messuerūt. q̄ȝ
patriarche ꝛ ꝓphete antiq̄ seminauerūt p̄
ma semina fidei. sꝫ apl'i messuerūt. in q̄ztū
ꝓpl'm ad ꝑfectionē fidei reduxerūt. Verū
tn̄ vterqꝫ reportat gaudiū. q̄ȝ tā ꝓphe anti
qui q̄ꝫ etiā apl'i ꝓpter meritū laboris sui re
cepti sunt ad celeste gaudiū. Et in hoc nō
tenet ꝓuerbiū de messe corꝑalis de q̄ nō se
minans si ab alio metat'. Et hoc est qđ dr̄
vt ꝛ q̇ seminat sil' gaudeat: ꝛ q̇ metit. s. ꝓ/
phete ꝛ apl'i. in hoc em̄ verbo veꝝ est. i. ꝓ/
uerbiū ecclesie ꝓ tanto habet locū in ꝓposi
to. q̄ȝ alius est q̇ seminat. s. patriarche ꝛ ꝓ/
phete. ꝛ alius est q̇ metit. s. apl'i. Ideo seq̇t'
Ego misi vos metere. i. ad ꝑfectionē fidei
adducere. qđ vos nō laborastis. ꝓphe em̄
ꝛ patriarche multū laborauerūt in denūci
ando aduentū xp̄i. ꝛ arguendo infidelita/
tē ꝓpl'i. ꝓpterea subdit'. Alij laborauerūt ꝛ
vos in labores eoꝝ introistis. q̄ȝ. s. ꝓphias
ab alijs ꝓnūciatas p̄dicabitis. ¶ Tercio
docuit xp̄s discipulos p̄dicare ꝑseuerāter
q̄ȝ māsit ip̄e cū samaritanis duos dies. Dr̄
nāqꝫ in euangelio. Ex ciuitate aūt illa scꝫ
Sichar multi crediderūt in eū samarita/
noꝝ ꝓpter verbū mulieris testimoniū ꝑhi
bentis. quia dixit mihi oīa quecūqꝫ feci.
Istud testimoniū videbat' efficax ex duo/
bus. Primo q̄ȝ dicebat ꝯtra honorē suum
ex zelo veritatis. ¶ Secūdo q̄ȝ ostendebat
eum scire talia que nō poterat scire via hu
mana. Verūtamen quia hoc testimoniuꝫ
nō fuit nisi q̄dam ꝑsuasio ad credendum
quia perfectio fidei ipsoꝝ facta est ꝑ chri/
stum. Ideo subiungit'. Cum igitur venis/
sent ad illum samaritani rogabant eū vt
ibi maneret: ꝛ acquieuit petitioni eoꝝ. Et
m'l'to plures crediderūt in eū ꝓpter s̄monē

eius q̃ a pͥncipio. ꝛ plerique dicebant mlr̃i.
q꞉ iam nõ ꝓpter loquelã tuã credimus ipĩ
em̃ audiuimus ab ipso. s. q̇ est deus ꝛ hõ
ꝛ scimus firmiter credendo: q꞉ hic est ve/
re saluatoꝛ mũdi. Cui ꝑ tot innumeris bñ
ficijs hũano generi collatis om̃es debitas
gatias persoluamus. vt sic mereamur in/
gredi regnum celoꝝ. Amen.

¶ Sermo sextusdecimus de mirabili re/
surrectione lazari.

STatim ꝓdíít qui fue
rat mortuus. Scribunt hec
verba Joh. xi. ca. Et si om̃ia
mirabilia que fecit xp̃s men
tes nr̃as in admiratões ꝑdu
cere debeant. id tñ p̄ ceteris efficit stupen/
da resurrectio lazari. Jdeo Aug. in omel.
ita inquit. Jnter om̃ia miracula q̃ fec dñs
lazari resurrectio p̃cipua predicat. Sed si
attendim⁹ q̇s fecerit. delectari debem⁹ po
ti⁹ q̃ admirari. Jlle suscitauit hoiem q̇ fec
hoiem plus est hoiem creare q̃ resuscitare
h ille. Quia ỽo in tanto miraculo ꝛ fides
roborat dũ potentia diuinitatis xp̃i oñdit
ꝛ spes ad imortalitatẽ subleuat. Jdeo in
p̃nti ꝭmone de lazaro resuscitatio dicem⁹.
de quo tria erũt mysterta ꝯtemplanda.
¶ Primũ dicit infirmitatis incurabilis.
¶ Secundũ mortis indubitabilis.
¶ Terciũ resurrectionis mirabilis.

¶ De infirmitate incurabili lazari ꝓ qua
curanda miserũt sorores eius nunciũ ad
iesum. Caplm. I.

PRimũ mysterium cõ/
templandũ dẽ lazaro resuscita
to dicit infirmitatis incurabil.
Hoc vtique ꝯtinetur in pͥma ꝑte euãgelij
vbi sic scribit euangelista. Erat quidã lan
guens lazarus. Dicit Nico. de ly. ꝙ infir/
mitas eius erat mortalis: eo ꝙ languebat
deficientibus quasi viribꝫ ꝛ vie nature cu
rari nõ poterat. Sequit lr̃a. A bathania
de castello marthe ꝛ marie sororũ eius. q꞉
in illo castello iacebat infirmus. Erat aũt
bethania iuxta hierlm quasi stadijs q̇nde
cim. Maria aũt erat que vnxit dñm vn/
guento: ꝛ extersit pedes eius capillis suis
cuius frater lazarus infirmabat. Utrum
aũt hec maria fuerit hec peccatrix de qua
scribit Luce. vij. ca. varie loquunt docto/
res. Hiero. em̃ ꝛ Cris. dicunt istam fuisse
aliam. Unde illa dicit peccatrix. hec sctã
ꝛ honesta. ꝛ ꝓpter hoc nomen illius tacetur
istius aũt nonmen hic exp̃mit. ꝛ ambe vn
xerũt xp̃m. Sed illa fecit hoc ex peccatoꝝ
suoꝝ cõpunctione. ista ex deuotione. Greg.
ỽo ꝛ aug. dicũt ꝯtrariũ. vnde in li. de ꝯsen/
su euangelistaꝝ dicit. ꝙ ista maria bis vn
xit dñm. sumens argumentũ. q꞉ Johes di
cit hec vnxit in p̃terito exp̃mens vnctionẽ
pedum. ꝛ in sequenti ca. explicat secundã
vnctionem capitis. pͥma aũt vnctio fuit ex
ꝯtritione quã Lucas narrat diffuse. ꝛ hic
breuiter repetit. Secunda ỽo vnctio fuit
ex deuotiõe. huic opinioni adheret sancta
mater ecclesia. vt plenius posui in quadra
gesimali. Ergo ad lazaꝝ redeam⁹. Mi/
serũt q̇dem sorores eius curationẽ fratris
desiderantes ad iesum dicentes. Dñe ecce
quẽ amas infirmat. Querit hic aliquis.
Cur nõ iuerũt ipse ꝑsonaliter. Ad hoc ita
Cris. inquit. Jdeo nõ iuerũt ad xp̃m sicut
Centurio ꝛ regulus. q꞉ vehementer ꝯfide
bant de xp̃o ꝓpter multam familiaritatē
quã habebant ad eũ. ꝛ q꞉ a luctu detinebã
tur. Theophilus ỽo ait. Mulieres erant
quas nõ decet de facili domũ exire. Hoc
Hiero. in epl̃a ad Eustochiũ docet. Ra/
rus ait tibi sit egressus in publicũ marty/
res tibi q̃rant in cubiculo. Distabat itaque
a Bethania xp̃s ꝑ dietam. postq̃ em̃ iu/
dei voluerũt eum lapidare ex eo ꝙ dixerat
Ego ꝛ pater vnũ sumus ipse de manibus
eoꝝ euadens abijt trans iordanẽ ad quē
nõ iuerũt sorores lazari rõnibꝫ p̃dictis: sed
miserũt. nec dixerũt veni. q꞉ amanti suffi/
cit nunciare necessitatem amici. Audiens
autem iesus dixit eis. s. respondendo per
nunciũ. Jnfirmitas hec non est ad mortẽ
sed ꝓ glia dei. vt glorificet filius dei ꝑ eā.
Non est ꝑ hoc intelligendum vt doctores
sancti declarant ꝙ lazarus ꝭm opinionē
quorũdam hereticoꝝ nõ fuit vere mortu⁹
quia sic destrueret veritas euangelij cũ ta
men infra xp̃s dicat. Lazarus mortuus ē.
Sed ꝓ tanto dicit. Jnfirmitas hec nõ est
ad mortẽ. quia nõ tendebat ad mortẽ ibi
sistendo ꝓpter resurrectionẽ. Hinc Theo/

philus dicit. Ipsa mors nõ erat ad mortẽ sed potius ad miraculũ. quo facto crederẽt hoies in xp̃m ⁊ vitarent verã mortẽ. Ideo dixit: sed ꝓ glia dei ⁊c. q2. s. in resurrectiõe lazari manifestari debebat virtus ⁊ potẽtia diuinitatis q̃ erat in xp̃o qui verus hõ erat ac verus deus. Ut aũt audiuit q2 infirmabat. Tunc q̃dem mansit in eodẽ loco. s. trans iordanẽ duob9 dieb9 expectãdo vt refert Cris. vt lazarus moreret ⁊ sepeliret essetq3 quadriduanus añq3 illuc accederet ad maiorẽ certitudinem miraculi.

¶ De morte Lazari ⁊ de verbis xp̃i cum aplis anteq3 iuisset ad lazarũ suscitandũ. Caplm. II.

Secundũ mysteriũ cõtemplandũ de lazaro resuscitato dicit mortis indubitabilis. Nam indubitanter lazarus mortuus est quod xp̃s discipulis voluit sapientissime ꝑpalare. Dixit em̃ eis. Eamus iterũ in iudeam. Dicũt ei discipuli. Rabbi nunc q̃rebant te iudei lapidare. ⁊ tu iterũ vadis illuc quasi dicant. nõ est tibi nec nobis securam. Rñdit iesus. Nonne duodecim hore sunt diei. si quis ambulauerit in die nõ offendit. q2 lucẽ huius mũdi videt. Si aũt ambulauerit in nocte: offendit. q2 lux non est in eo. Hic ſm aliquos appellat se diẽ. ⁊ duodicim aplos duodecim horas. ac si dicat. Hore sequũt diem: ⁊ nõ dies horas Sic ⁊ vos debetis sequi voluntatẽ meã: nõ ego v̄rãm. Et ideo si voluntatẽ meam q̃ sum dies secuti fueritis nõ offendetis. si aũt voluntatẽ v̄rãm que est nox secuti fueritis: offendetis. Uel aliter potest intelligi ſm Nico. de lyra. Nonne duodecim hore sunt diei. nõ debetis credere q2 iudei ꝑseuerẽt in volũtate me lapidandi. q2 sicut hore mutabiles sũt. sic ⁊ affectus hoim̃. q̃nimo sepius in die mutatur cor hois q̃3 hore. Et ideo si quis ambulabat in die. i. sancte iuste ⁊ pacifice: nõ offendit. Et ſm p̃mã expositionẽ. qui ambulat in die. i. mecũ qui sum lux mũdi faciens diẽ gratie nõ offendit. i. securus debet esse. q2 lucem hui9 mũdi videt. i. meip̃m. Si q̃s aũt ambulauerit in nocte. i. sine p̄ñtia mea: offendit. Post q̃3 sic dixit reuelauit mortẽ lazari noie somni exp̃mens illam. Lazarus inquit. Amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem eum. Hic augustinus ait. q2 autem dixit dormit verum dixit. dño dormiebat: hominib9 mortuus erat: qui euz suscitare nõ poterant. Nam dñs tanta felicitate excitabat de sepulcro q̃ta tu excitas dormientem de lecto. Dixit ergo dormit ſm potentiam suam. Hanc autẽ causam sui itineris. vt dicit Nicolaus de lyra assignauit vt assecuraret discipulos. quasi dicat. non debetis timere. quia nõ vado ad disputãdum cum iudeis. sed ad lazarũ suscitãdũ At discipuli respõdere. Dñe si dormit saluus erit. i. ex quo dormit signũ est sue curationis. nõ est necessarium q2 vadas illuc. Nondum em̃ erant assecurati ad plenũ ꝑ verba christi. quia adhuc erant infirmi et imꝑfecti. Sed graue videt nõnullis q2 discipuli crediderint dñm velle ire tam longam viam ad hoiem excitandũ. Pro q̃b9 ita refert Criso. Istud dicemus qm̃ extimabant hoc enigma esse qualia multa loquebat quia etiam erant rudes: ⁊ in timore positi mala capiebãt verba christi. Iõ instabant ne redirent in iudeam. Tunc manifeste locutus ẽ dicẽs. Lazarus mortuus est ⁊ gaudeo nõ. s. de morte eius absolute. sed ꝓpter vos vt credatis ⁊ in fide cõfirmemini: qm̃ nõ eram ibi. ⁊ tamẽ mors illius mihi nota fuit. Sed eamus ad euz. Dixit Thomas. s. aliis discipul. Eamus ⁊ nos ⁊ moriamur cũ eo. ꝓtulit hec verba Tho. ſm aliquos ex quadam desperatione. Uel ſm alios ex amore ⁊ dilectione. q̃si diceret. Melius est nobis cũ illo mori: q̃3 sine illo viuere. Uenit ergo iesus ⁊ inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Quatuor dies dicit ad ostendendũ certitudinẽ mortꝫ. quia licz sint alique infirmitates latentes quibus videtur aliquis mortuus ad tp̃us. hoc tñ nõ durat ꝑ quatuor dies. Dicit etiã in monumento. s. in terra reclusus. quia dato q2 fuissz ibi positus viuus. nihilominus in tanto tp̃e fuisset ibi mortuus. Multi aũt ex iudeis venerant ad marthã ⁊ mariam: vt consolarent eas de fratre suo. Sz quõ inquit Crisost. iudei ꝯsolabant dilectas a christo cũ iam statuissent q2 si quis christũ confiteret

extra synagogam fieret. Sz ꝓpter calami/
tatis necessitatem aut quasi nobiles has
mulieres reuerentes eas consolabant̄: aut
quia hi aderant qui nō mali erant: multi
em̄ ex ipsis credebant. hec ille. Martha ergo
vt audiuit quia venit iesus. ipsa em̄ habe/
bat curam domus. Et ideo p̄mo est ei nū/
ciatus aduentus christi p aliquem qui il/
lū p̄uenerat. ⁊ occurrit illi reuerenter ⁊ de/
uote. Maria aūt domi sedebat cū iudeis
qui ad eas venerāt. Dixit ergo Martha
ad Jesum. Dn̄e si fuisses hic frater meus
nō fuisset mortuus. Ex hoc apparet q̄ cre
debat ip̄m potuisse p̄seruare fratrem suuz
a morte tn̄ imp̄fecte credebat. quia videt̄
innuere q̄ nō posset christus tantū absens
q̄tum p̄sens. Subdidit martha. Sed et
nunc scio: q̄ quecūq₃ poposceris a deo da/
bit tibi deus. Videt̄ p hoc q̄ nō fuisset be/
ne edocta de eius diuinitate. quia nō dixis/
set quecūq₃ poposceris: sed quecūq₃ iusseris
fient. Dixit illi iesus. Resurget frater tu⁹
hoc illa intellexit de resurrectione futura:
ꝓpterea respondit. Scio quia resurget in
resurrectione in nouissimo die. loquebat̄
autē de resurrectione generali. sm̄ Criso.
Vel quia audierat multa a christo de re/
surrectione loquente. Vel quia erat de se/
cta phariseoꝝ qui resurrectionē confitebā/
tur ex verbis scripturaꝝ. Dixit ei iesus ex/
plicans intentionē suam de resurrectione
ꝓpinqua. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Sū
s. vita p essentiam ꝓpter quod sum causa
vite omnibꝫ viuentibꝫ: ⁊ possum dare vi/
tam mortuis. Quia quod est tale p essen/
tiam est causa oīm alioꝝ que sunt p p̄tici/
pationem. vt habet̄. ij. Meta. Qui credit
in me etiā si mortuus fuerit viuet. Et oīs
qui viuit ⁊ credit in me nō morietur in eter/
nū. credis hoc. Non querit quasi ignorās:
sed querens eius confessionem ad meritū
quia ore fit ꝯfessio ad salutē. Ait illi. vtiq₃
dn̄e. p verba em̄ christi erat in fide instru/
cta. plenius in fide q̄₃ ante. quod patet ex
eius sequenti ꝯfessione. Ex qua p̄mo exp̄/
mit̄ christi dignitas sacerdotalis ⁊ regia
cum dicitur. Ego credidi quia tu es chri/
stus. i. vnctus. vnctio debebatur regibus
⁊ sacerdotibus. Secundo explicatur chri
sti diuinitas cum sequit̄ filius dei. s. natu/
ralis. Tercio ponit̄ incarnatiōis veritas
cum subdit̄. Qui in hunc mundū venisti.
nō p loci mutationem: sed p carnis assum
ptionē. Et cū hoc dixisset a xp̄o edocta ab/
ijt. ⁊ vocauit Mariā sororem suaz silētio
Crisosto. ait Ideo occulte sororem vocat
q̄ si sciuissent iudei xp̄m aduenire: recessis/
sent et non fuissent testes miraculi. Dixit
itaq₃ Martha sorori. Magister adest et
vocat te. Non est credēdu in hoc loco mar
thaz fuisse mentitā cū dixit. vocat te. q̄ nō
fuit ab euangelista expressum: cū id euāge/
lista fecerit ꝓpter breuitatē. Vt aūt maria
audiuit martham surrexit cito et venit ad
xp̄m qui nōdum venerat in castelluz: sed
erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei
martha. iudei ergo q̄ erant cū ea in domo
et cōsolabant̄ eam secuti sunt eam dicētes
q̄ vadit ad monumētū vt ploret ibi Ma/
ria ergo cū venisset vbi erat Jesus vidēs euz
cecidit ad pedes eius ⁊ dixit ei. Dn̄e si fu/
isset hic frater me⁹ non fuisset mortu⁹. Ait
Jesus vt vidit eam plorantez ⁊ iudeos q̄
venerant cū ea plorantes infremuit sp̄ū et
turbauit semetip̄m et dixit. vbi posuistis
eum. Hic dicit. Beda. Non omnia dixit
Maria que Martha ꝓtulerat. q̄ cōsue/
to hoīm more p̄ lachrymis nō omnia que
voluit ꝓferre potuit. Et de xp̄o ait Criso.
Marie loquēti nihil xp̄us loquit̄. neq₃ ea
dicit que sorori dixerat. Turba eīm aderat
multa: et nō erat temp⁹ illoꝝ verboꝝ. Sz
cōdescendit ⁊ humiliat̄ humanā naturaz
denudans Infremuit ergo sp̄ū et turbauit se
ip̄m. Dicit Nicolaus de lira. Fremit⁹ cō/
surgit ex indignatione Iste ergo xp̄i fremit⁹
ꝓcedebat ex indignatōne eius cōtra dia/
bolū p cuius suggestionē mors intrauit ī
mūdū. quē erat cito debellatur⁹. Turba/
tio aūt illa ꝓcedebat ex cōpassione Laza/
ri ⁊ soroꝝ ei⁹. Sciendū tn̄ q̄ iste passiōes ⁊
cōsimiles non fuerunt in xp̄o vitiose: sed
magis virtuose q̄ nō erāt p̄uertētes iudi/
cium rationis: sed magis sequētes et per
ipsum excitate. Aduertendum insuper ꝓ
eo q̄ christus dixit. vbi posuistis euz. quia
scd̄m Augustinum in libro de verbis do/
mini. Non locum sepulti ignorare credi
debet: sed fidem populi approbare vole/
bat. Vt autez dixerūt ei. veni et vide ⁊ iter

versus monumentũ cepit lachrymatus ẽ iesus. Lachrymabatᷓ q̇dem ex cõpassione ⁊ pietate tanq̃ verus homo. lachrymabatᷓ etiã vt pie ꝯsiderare possumꝰ ꝓpt̃ ea q̄ q̇n tadecima futura die ventura erant sup̱ eũ Itaq̃ intra semetip̄m flendo dicebat. O lazare mi dilecte ego plorando ad tuũ mo numentũ accedo. Et .xv. die sequẽti Ma gdalena cũ mulierib⁹ ⁊ matre mea bñdi cta de cruce depositũ plorando me ad mo numentũ nouũ aducent. O lazare mi ego hodie eruam te de faucib⁹ mortis. ⁊ q̇nta decima die ego ꝓ salute hoĩm illius pote stati me subdam. O lazare mi anima tua exaudiet vocem meaꝫ de inferis ⁊ corpori vnietᷓ: ⁊ q̇ntadecima die clamabo in cruce ⁊ ingrati hoĩes nõ audient me vocantem. Judei autẽ videntes x̄pm flere: dicebant. Ecce quõ amabat lazarũ. Quidaꝫ insup̱ ex ipsis dicebant. Non potuit hic q̇ ap̱uit oculos ceci nati facere vt hic nõ moreretᷓ.

¶ Qȯ quinq̃ sunt ꝯditiones q̄ ostendunt certitudinẽ miraculi in resurrectiõe lazari Capl'm. III.

TErtiũ mysterium contemplandũ de lazaro resuscitato dicitᷓ resurrectiõis mirabilis In quo q̇nq̃ sunt ꝯsideranda q̄ faciũt ad miraculi certitudinẽ ⁊ magnificentiã.

¶ Primũ est sepulchri descriptio.
¶ Secundũ lapidis amotio.
¶ Tercium christi oratio.
¶ Quartum Lazari vocatio.
¶ Quintum subita resurrectio.

¶ Primũ ꝯsiderandũ est sepulchri descriptio. Ut aũt dixit textus euangelij. Jesus rursus fremens in semetipso venit ad monumentũ. i. ꝑuenit siue applicuit. Fremitꝰ aũt ille ⁊ indignatio fuit ꝓpter iudeos de illo inique murmurantes. Erat aũt spelunca ⁊ lapis sup̱positus erat ei. Speluñca vt hic dicit Beda est ruptis vocata. ¶ Secũdũ ꝯsiderandũ dicitᷓ lapidis amotio. Dixit quidẽ iesus. tollite lapidẽ Critᷓ. Hoc dixit vt eos testes faciat miraculi. Respondit martha. Dñe iam fetet quatriduanus est. ſm Theophilũ. hic martha tanq̃ diffidens dicit velut impossibile credens posse fratrem suscitari ob diuturnitatẽ. Uel ſm alios. Hec verba non sunt desperationis: sed potius admirationis. Dixit illi iesus. Nõne dixi tibi: q̄m si credideris videbis gl'iam dei. i. gl'iam eiꝰ virtute in suscitatione fratris tui. Tulerũt ergo lapidem ad p̄ceptũ x̄pi. ¶ Terciũ cõsiderandum est christi oratio. Uoluit q̇dẽ orare vt ꝯfunderet maliciã iudeoꝝ q̇ sibi imponebant ꝙ faciebat miracula virtute demonũ. Quare eleuatis oculis sursum dixit. Pater gratias ago tibi q̄m audisti me. Deus em̄ pater celestis magnificẽtissimus est. Et ideo ex gratiarũactione de p̄teritis ad p̄standa bñficia sequentia ꝓuocatᷓ. hoc vtiq̃ est ꝓprium magnifici. vt habetᷓ. iiij. ethi. Subiunxit in oratione x̄pus: Ego aũt sciebam: q̄ꝛ semp̱ me audis: sed ꝓpter ꝑplum qui circũstat dixi. vt credant q̄ꝛ tu me misisti. Sciẽdũ ħ ꝙ orare patrẽ ꝯuenit christo rõne hũanitatis in q̄ mior est patre non rõne diuinitatis in qua est ei equalis. ¶ Quartũ ꝯsiderandũ est lazari vocatio. Postq̃ em̄ sic orauit clamauit voce mag̃. Lazare veni foras. Dicit ħ Theophilus. Altius clamauit vt gentiliũ ora refrenet fabulantium in tumulis esse aĩas defunctoꝝ. Clamat igitur quasi aduocãs de longinquo. Uel ſm Nicolaum de lyra Clamauit voce magna quia si dixisset in silentio possent aduersarij dicere ꝙ verba magica ꝓtulisset. ¶ Quintum ꝯsiderandũ dicitᷓ subita resurrectio. Statim nanq̃ ꝓdijt qui fuerat mortuus ligatus manus ⁊ pedes institis. ⁊ facies sudario erat ligata. hic declaratᷓ virtus diuina. nõ solũ suscitando mortuũ sed etiam faciẽs exite ligatum. In hoc insup̱ apparet certitudo miraculi inq̃tum exiuit lazarus eo modo q̊ fuerat in sepulchro positꝰ. Dixit eis iesus Soluite eũ. Fecit hoc vt accedẽtes de ꝓpe ⁊ tangentes ex visu ⁊ tactu essent testes miraculi subiũxit x̄ps. Et sinite abire. vt ostẽdatᷓ vere suscitatus p̱ op̱a vite. cuiusmodi est ambulatio ⁊ cõmestio ⁊ sil'ia. Multi g̊ ex eis q̇ venẽrant ad mariã ⁊ marthã ⁊ viderant que fecit iesus crediderũt in eum. Quidã aũt ex ipsis abierũt ad phariseos ⁊ dixerũt eis q̄ fecit iesus. Dicũt doctores aliqui ꝙ id fecerũt bono zelo moti. volẽtes ex miraculo viso refrenare iram eoꝝ ꝯtra

testum tanq̄ irrationalē. Alij vero asserūt ꝙ ex malignitate moti fuerunt ad h: qꝛ ex visis signis boni ⁊ electi conuertunť: mali obdurātur. Et hoc magis videť ex littera sequēti. vbi agiť de cōgregatiōe phariseorū ad tractandū de morte christi. Experimur sic esse in populo christiano in q̄ multi audiētes enarrari exquisita opera christi: afficiunť spūali leticia: pleriq̄ vero illa deridere solent. ⁊ qđ grauius est negant ⁊ impugnant veritatē ꝓphetarū apostolorū martyꝝ doctorūq̄ testimonio cōprobatam. Mendaciū inquiūt est ꝙ lazarus resurrexit. O stulti. O tardi corde ad credendū. vos mēdaces estis vos filij diaboli. qui euangeliste iohanni virgini dei electo acq̄escere recusatis. Ipse vtiq̄ lazari resuscitati texuit hystoriā qui oīa oculate perspexit. Ergo omni infidelitate deposita. demus grās xpo nostro redemptori: q̄ sicut lazaruz quadriduanū suscitauit a monumēto ita in fine seculi resuscitari faciet omnes homines mūdi. vt in eternum damnentur iniqui. Iustis vero tribuatur premiū vite eterne. Amen.

¶ Sermo decimusseptim⁹ de pijssima passione saluatoris nostri Iesu christi.

togesimo. Et hoc modo si fuit de peccato originali preseruata. de ista cōceptione se-cūdo mō sumpta facimus ad ꝟginis lau-dem festū referētes gratias oīpotēti deo ꝗ aduocatā nostrā tanto ꝓuilegio decorauit Si aūt peccatū originale contraxit a quo tn̄ ꝑ sanctificationē mundata anteq̄ȝ nata tūc festū sub nōie conceptionis: ad ipam sanctificationē refertur. Ut ꝟo iam finē dicēdi faciamꝰ conemur virginē affectiōe singularissima ⁊ reuerentia qua possumꝰ prosequi vt sic mereamur ipa interueniē-te sui filij gratiā acquirere ⁊ gloriā celestē tandē letāter ingredi. Amen.

Sermo XXV. de sancta nobili ⁊ digna na-tiuitate virginis gloriose.

Egredietur virga de radice iesse: ⁊ flos de radice eius ascēdet. Esaie prophe-te verba sunt ista. c. xi. Dum recolitur memoria natiuitatis ꝟginis glo-riose debet humana mēs i magnā letitiā ꝓsilire. Nā eccl'ia legit ꝟmonē sancti Au-gustini sic dicētis: Adest nobis dilectissi-mi optatus dies beate ⁊ venerabilis sem-per virginis Marie. Ideo cū sūma exul-tatiōe gaudeat terra nostra tante virginis illustrata natali. Hec em̄ ē flos cāpi de q̄ ortū est p̄ciosū liliū cōuallium: ꝑ cuius par-tum natura mutat̄, ꝓthoplaustoꝝ quo de-letur ⁊ culpa. Et in antiphona dicit̄ Cum iocūditate natiuitatē beate Marie cele-bremꝰ: vt ipa ꝓ nobis intercedat ad dn̄m iesum xp̄m. Propterea vt ad natiuitatis hu-ius p̄conia extollēda incitemur in hoc ser-mone de ipa nascēte virgine verba facie-mus q̄ designatur nōie virge ab Esaia ꝓ-pheta in ꝟbis assumptis ꝓ themate Pre-dixitq̄ȝ ꝗppe esaias ꝟginē ex ꝓgenie dauid oriundā designatā nōie virge q̄ fuit rectis-sima sine aliqua curuatione ad inania bo-na ⁊ transitoria mūdi. fuit etiā plenissima q: in ea fuit oīe foliū sanctorū sermonū ⁊ oēs fructus sanctaꝝ operationū: ⁊ oīs flos sanctaꝝ virtutū. Quinimo ex ipa prodijt flos floꝝ ⁊ fructus fructuū bn̄dictꝰ Jesus filius eius ⁊ dei. Et ꝙ hec ꝓphetia sit dctā de xp̄o patet ꝑ trāslationē chaldaicā q̄ in hoc loco sic habet Exurget rex d̄ filijs ysai ⁊ messias de filijs filioꝝ eius. Igit̄ de ipsa nascente virgine tria mysteria ɔtēplemur

¶ Primū sctitatis.
¶ Scōm nobilitatis.
¶ Tertiū dignitatis.

Fuit ista natiuitas sancta nobilis ⁊ digna.

¶ Qꝰ beata virgo fuit in vtero sctificata: ex qua sanctificatiōe fomes in ea nullum actū habuit et ab om̄i peccato p̄seruata.

Capitulū. I.

Primo cōtemplemur virginis nascentis sanctitatē. Fuit nāq̄ȝ ante sancta q̄ȝ ex vte-ro nata. Et licet hoc nō tradat̄ in scriptu-ra sacra exp̄sse verūtn̄ vt dicit scūs Tho. iij. ꝑte. q. xxvij. Rationabiliter id credimꝰ qm̄ illa q̄ genuit vnigenitū a patre plenū gratie ⁊ veritatis. pre om̄ibus alijs maio-ra gratie ꝓuilegia debuit accipere. Inue-nimus aūt ꝗbusdā alijs h' fuisse cōcessum vt in vtero sanctificarent̄ q̄ ⁊ virgini nō fuit negatū. Dictū nāq̄ȝ fuit Hieremie sic̄ pa-ter eiusdē. i. c. Anteq̄ȝ exires de vulua san-ctificaui te. Et de iohāne baptista dixit an-gelus. Lu. i. ca. Spiritu scō replebit̄ ad-huc ex vtero matris sue. Sed in hoc loco tres difficultates se offerūt.

¶ Prima vtrū beata virgo fuit sanctifica-ta ante animationē.

¶ Scda vtrū fuit mūdata ab infectione fo-mitis.

¶ Tertia vtrū per sanctificationē in vtero fuit preseruata ab om̄i peccato.

¶ Pro ꝓme difficultatis declaratione re-spōdet sanctus Tho. vbi supra. ꝙ sanctifi-catio de qua loq̄mur nō est nisi emūdatio ab originali peccato. Sanctitas em̄ ē per-fecta mūditia. vt dicit Dio. xij. c. de diui-nis no. culpa aūt nō potest emundari nisi ꝑ gratiā cuius subiectū ē sola creatura ra-tionalis. Et ideo ante infusionē aīme ra-tionalis beata virgo sanctificata non fuit. Et hoc figuratū fuit ꝑ sanctificationē ta-bernaculi Exo. vlt. c. de quo dicit̄. Postq̄ȝ cūcta ꝑfecta sunt operuit nubes taberna-culū testimonij ⁊ gl'ia dn̄i impleuit illud. Tabernaculū virginē sanctificat. de qua d̄r in ps. Sāctificauit tabernaculū suū al-tissimus. q̄ sanctificata fuit postq̄ȝ cūcta eiꝰ ꝑfecta sunt. s. corpꝰ ⁊ aīa: vel in ipa aīatiōe

si fuerit ab originali preseruata. vel statim
post ipam animationē si originale cōtra/
xit Et si obijceret ꝙ alij sctificati sunt ante
animationē. ergo ⁊ virgo. Nam Hiero/
mie dictū fuit. Priusq̃ te formarē in vte/
ro noui te. Non aūt infundit aīa ante cor/
poris formationē. Silr etiā de iohāne ba
ptista dicit Ambro. super Lucā. ꝙ nondū
inerat ei spiritus vite: ⁊ iam inerat ei spi/
ritus gratie. Ad hoc respōdet sctūs Tho
mas. ꝙ dn̄s dicit ante formationē in vtero
Hieremiā nouisse notitia predestinatiōis
sed sanctificasse se dicit eū nō ante forma/
tionē. sed anteq̃ exiret de ventre. De bea
to insuper iohāne baptista nō est intelligē
dū ꝙ spūs vite dicit aīa viuificās: sed ſm
ꝙ spūs dicit aer exterius respirat᷒. vl̄ pōt
dici ꝙ nōdū inerat ei spūs vite. i. aīa q̃tū
ad manifestas ⁊ cōpletas operatiōes ipi᷒
¶ Scd̄a difficultas erat an beata virgo
mūdata fuit ab infectiōe fomitis. Et ad h
inuestigādū seq̄mur sanctū Tho. q̇ ait. ꝙ
circa hoc sunt diuerse opiniones. Quidā
eīm dixerūt ꝙ in ipa sanctificatiōe beate v/
ginis q̄ fuit sanctificata ī vtero totalit̄ fuit
ei fomes subtractus. Quidā vo dicunt ꝙ
remansit fomes q̃tū ad hoc ꝙ facit diffi/
cultatē ad bonū: sublatus tn̄ fuit q̃tū ad
hoc ꝙ facit ꝓnitatē ad malū. Alij vo tenēt
ꝙ sublatus fuit fomes q̃tū ꝑtinet ad cor/
ruptionē ꝑsone prout impellit ad malū ⁊
difficultatē facit ad bonū. Remāsit tn̄ in/
q̃tū pertinet ad corruptionē nature ꝓut
.s. est causa traducēdi originale peccatū in
prolē. Nōnulli vo affirmāt ꝙ in ꝓma san/
ctificatiōe remāsit fomes ſm essentiā: sed
ligatus fuit in ipa autē conceptiōe filij dei
fuit totaliter sblatus. Ad horū aūt intelle
ctū oportet cōsiderare q̃ fomes nichil est
aliud q̃ inordinata cōcupiscētia sensua/
lis appetitus habitualis tn̄/qz actualis cō
cupiscētia est motus peccati. Dicit aūt cō
cupiscētia sensualitatis esse inordinata in
q̃tum repugnat ratiōi. qđ q̇dē fit inq̃tū
inclinat ad malū vel difficultatē facit ad
bonū. Et adeo ad ipam rationē fomitis ꝑ
tinet ꝙ inclinat ad malū vel difficultatez
faciat in bono. Vn̄ ponere ꝙ remansit fo/
mes in beata virgine nō inclinās ad ma/
lum est ponere duo oposita simul: Simi/
liter nō ē intelligibile ꝙ remāsit fomes in
q̃tum pertinet ad corruptionē nature nō
inq̃tum ꝑtinet ad corruptionē ꝑsone. Re/
stat ḡ vt dicamus: ꝙ vel totaliter fomes
fuerit ab ea sublatus ꝑ ꝓmā sanctificatio/
nē vel ꝙ fuerit ligatus. Posset tn̄ q̇s dice/
re ꝙ totaliter fomes fuit sblatus hoc mo/
do. ꝙ concessum fuit aīe beate virginis ex
abūdātia gratie descēdētis in ipam/vt ta/
lis esset dispositio virium aīe ꝙ inferiores
vires nūq̃ mouerētur sine arbitrio ratio/
nis. sicut dictū est fuisse in xp̄o quē constat
peccati fomitē nō habuisse. Et sicut fuit ī
Adā an̄ peccatū ꝑ originalē iusticiā itaq̃
q̃tum ad hoc gratia sctificatiōis in virgi/
ne habuit vim originalis iusticie. Et q̃/
uis hec positio ad dignitatē virginis ma/
tris ꝑtinere videbat: derogat tn̄ in aliquo
dignitati xp̄i absq̃ cuius vtute nullus a
prima damnatiōe liberatus est: q̃uis per
fidē xp̄i aliqui ante ei᷒ incarnationē sint
ſm spm̄ ab illa dānatiōe liberati: tn̄ ꝙ ſm
carnē aliq̇s ab illa damnatōe liberet nō vi
det fieri debuisse nisi p᷒ incarnationē ei᷒ i
qua primo debuit immunitas damnatio
nis apparere. Et ideo sicut ante īmortali
tatē carnis xp̄i resurgētis nullus adept᷒
fuit carnis īmortalitatē. Ita incōueniens
etiā videt dicere ꝙ ante carnē xp̄i in q̄ nul
lum fuit peccatū caro virginis matris ei᷒
vel cuiuscūq̃ alterius fuit absq̃ fomite q̄
dicit lex carnis siue mēbrorū/⁊ ideo melius
videt dicēdū ꝙ ꝑ sanctificationē in vtero
fuerit sblatus virgini fomes ſm essentiaz
sed remāsit ligatus: nō q̇dē per actū rōis
sue sicut in viris sanctis: qz nō statim ha/
buit vsum liberi arbitrij adhuc in ventre
matris existēs: hoc eīm speciale ꝓuilegium
fuit xp̄i: sed ꝑ gratiā abūdantē quā in san
ctificatiōe acceperat ⁊ etiā ꝑfectius ꝑ diui
nā ꝓuidētiā/sensualitatē eius ab omi mo
tu inordinato ꝓhibentē. Postmodū vo in
ipa cōceptione carnis xp̄i in qua ꝓmo de/
buit refulgere peccati immunitas: credēdū
est ꝙ ex prole redūdauerit in matrē totali/
ter a fomite subtraxio. Et hoc significatur
Ezechielis xliij. c. vbi dicit. Ecce gl̄ia dei
israel ingrediebat ꝑ viā orietalē id est per
beatū virginē. ⁊ terra. i. caro ipsius virgi/
nis splendebat a maiestate eius. i. xp̄i. Si

aũt instaret aliq̃s ꝙ apl'us ij. ad Cho. xij.
ca. ait. Uirtus in infirmitate ꝑficiṫ. ⁊ loq̇/
tur de infirmitate fomitis ſm quã patie/
baṫ stimulũ carnis. Sed nihil qḋ ꝑtinet
ad ꝑfectionẽ virtutis fuit beate ꝟgini sb/
trahẽdũ. g̃ nec fomes. Rñdeṫ qḋ infirmi
tas carnis ad fomitẽ ꝑtinẽs ẽ q̇dẽ in sctis
viris ꝑfecte ꝟtutis occasio/ nõ tñ causa si/
ne qua ꝑfectio haberi non possit. Sufficit
aũt in beata virgine ponere perfectã virtu
tẽ ⁊ abundãtiã gratie. Nec in ea oportet
ponere oẽm occasionẽ perfectionis. ¶ Ter
tia difficultas amouẽda erat vtrũ ꝑ sancti
ficationẽ in vtero fuit virgo preseruata ab
omĩ pctõ actuali. Et de h̃ sic loq̇tur sctũs
Tho. ꝙ illos quos deus ad aliquid elegit
ita ꝑparat ⁊ disponit vt ad id ad qḋ eligũ
tur inueniãtur idonei. Beata igiṫ virgo
fuit electa diuinitus vt esset mater dei. Et
ideo nõ est dubitãdũ. ꝙ deus ꝑ suã grãm
eam ad hoc idoneã reddidit. ſm ꝙ ange/
lus ad eã dixit: Inuenisti gratiã apḋ dñm
Ecce virgo cõcipies ⁊c̃. Nõ aũt fuisset ido
nea mater dei si peccasset aliq̃ñ. tũ q̇a ho/
nor parentũ redũdat in prolẽ. Scḋm illḋ
Prouer. xvij. Gloria filioꝝ patres eorum.
Unde etiã ꝑ oppositũ ignominia matris
ad filiũ redũdasset. Tum etiã q2 singula/
rẽ affinitatẽ habuit ad xp̃m q̇ ab ea carnẽ
accepit. Tum q2 singulari modo dei fili9
q̇ est dei sapiẽtia in ipsa habitauit: nõ solũ
in aĩa: sed etiã in corpore siue vtero. Diciṫ
aũt Sap̃. i. In maliuolã animã nõ intra/
bit sapiẽtia. nec habitabit in corꝑe subdi/
to peccatis. Et ideo simpliciter faciẽdum
est ꝙ beata virgo nullũ actuale peccatũ cõ
misit nec mortale nec veniale. vt impleaṫ
qḋ diciṫ Can. iiij. c. Tota pulcra es amica
mea ⁊ macula nõ est in te.

¶ De nobilitate virginis gloriose descri/
pta ab euãgelista Mattheo. ⁊ concordia
Matthei ⁊ Luce in huius descriptione.
Capitulum. II.

SEcũdo cõtemplemur
virginis nascẽtis nobilitatem.
Ipsa q̇ppe fuit nobilius indiui
duũ omĩbus indiuiduis q̃ in humana na
tura fuerũt aut potuerũt generari. Et q̇/
dẽ Math. ꝑmo. c. describit eã natã de q̃t
tuordecim patriarchis: de quattuordecim
regibus: ⁊ de quattuordeci ducibus. Ex/
quo cũ ip̃a sit vera mater xp̃i: ⁊ xp̃s sit ei9
verus filius: omĩs nobilitas xp̃i ſm carnẽ
ortũ habuit a ꝟgine bñdicta. Et cũ ipse sit
vltimus rex: vltimus dux: vltimus patri/
archa populi iudaici: hoc totũ habuit a ꝟ/
gine benedicta. Quia igiṫ oẽs ꝑclaritates
ingenuitates: ꝑfecturas: dignitates ⁊ no
bilitates que possent esse in aliquo indiui
duo humano ſm ordinẽ sanguinis descri/
bũt euãgeliste i hac puella: Oportet nos
eorũ testimonio eã ꝑferre oĩbus ꝑncipib9
⁊ principissis. Regibus ⁊ reginis. Impe/
ratoribus ⁊ imperatricibus ⁊ oĩbus pote/
statibus tribub9 ⁊ linguis. Eccl'ia ꝟo sctã
dei oĩa ista cõsiderãs in officijs ita illã ex/
tollit. Natiuitas inquit gloriose virginis
Marie ex semine abrae orta/ de tribu iu/
da clara ex stirpe dauid. Et iterũ. Regali
ex ꝓgenie Maria exorta refulget. Sed
hic tria oriũtur dubia declarãda.

¶ Primũ vtrũ Mattheus potuit genea
logiã xp̃i describere.

¶ Scḋm vtrũ ex discriptione huiusmodi
genealogie nobilitas ꝟginis demonstreṫ.

¶ Tertiũ vtrũ eadẽ sit descriptio genea/
logie xp̃i facta ꝑ Mattheũ que ⁊ ꝑ Lucã

¶ Ad primũ dubiũ posset q̇s arguere ꝙ
Mattheus nequiuerit describere genea/
logiã xp̃i ⁊ suẽ virginis matris. Primo q2
Esa. liij. c. diciṫ: Generationẽ eius q̇s enar
rabit. Insuꝑ vt ex Josephi dictis colligi/
mus in xvij antiq̇tatũ libro. Et Beda il/
lud refert i sua cronica. Cũ oẽs generatio/
nes hebreoꝝ in archiuis tẽpli secretiorib9
seruarentur. Herodes alienigena omnes
iussit incendi: vt sic sua ignobilitas iudeis
minus ꝯtemptibilis esset. Quomodo igi
tur Mattheus elapsis iam annis ferme
quadraginta deletione huiusmodi libro/
rum euangeliu3 scribens potuit hanc ge/
nealogiam agnoscere. Ad quod responde
mus et primo ad illud Esa. cũ Hierony/
mo in omelia sic dicente. In Esaia legi/
mus. Generationem eius quis enarrabit
Non ergo putemus euãgelistam prophe/
te esse contrarium. vt ꝙ ille impossibile di/
xit affatu: hic narrare incipiat: quia ibi de
generatiõe diuinitatis: hic de incarnatiõis

est dictũ. Verũtñ cõtra istã respõsionẽ ple
riq3 inducũt sentẽtiã Leonis pape in ser/
mone de natiuitate xp̃i vbi ait. In dño no
stro Jesu xp̃o nõ solũ ad diuinã s3 huma/
nã spectat naturã qđ dictũ est p̃ p̃phetam
Generationẽ eius q̃s enarrabit. Igit̃ nec
generatio tẽporalis xp̃i ſm carnẽ est expli
cabilis. Ad hoc respõdemus ex doctrina
sancti Tho. iij. parte. q. xxxi. q̃ verba ista
intelligit̃ de modo incarnatõis q̃ ineffabi
lis est qđ ex verbis seq̃ntibus ipius Leo
nis pape cõcluditur. Inq̃t em̃. Vtramq3
em̃ naturã in vnã conuenisse p̃sonã: nisi fi/
des credat ſmo nõ explicat. Ad aliud ꝟo
qđ obiectũ est de cõbustione librorum in q̃b9
descripta erat origo nobilis iudeorum. respõ
det Nico. de lira sup̃ Matth. q̃ Matthe
us habuit p̃ reuelationẽ qđ nõ habuit per
scripturã. Unde ap̃li z euãgeliste nõ mi/
nus fuerũt illumiati: imo magis de myste
rijs christi q̃3 patriarche z antiqui p̃phe/
te. Quidã tñ dicunt q̃ nõ oẽs illi libri con
busti fuerũt cũ z domi cõſuarẽtur a mult̃.
Etiã z aliqui memorie mãdauerãt que đ
huiusmodi nobilitate didicerãt a p̃auis.
Nã z si Esdras scriba: vt Isidorus nar/
rat in vi. ethimolo. li. incensam legẽ a chal
deis dũ iudei regressi fuissent in hierl'm di
uino afflatus spũ reparauit cũctaq3 legis
ac p̃phetarum volumina q̃ fuerũt a gẽtibus
corrupta correxit. q̃3to magis potuit mat/
theus xp̃i generationẽ retexere: q̃ spm̃ san/
ctũ cũ alijs ap̃lis in linguis igneis descen
dentẽ accepit. Ad sc̃dm dubiũ rñdet Ni/
colaus đ lira. q̃ q̃3uis ioseph nõ fuerit pa/
ter Jesu: tñ beatissima virgo z ioseph fue
rũt ex eadẽ tribu: q2 mulier nõ poterat nu/
bere cũ viro alterius tribus qñ ad ipam p̃
tinebat hereditas paterna. vt p3 Nume.
xxxvi. Beata aũt virgo Maria fuit vni/
ca Joachim patri suo z ideo cogebat̃ ex le
ge viro sue tribus nubere. p̃pter hoc etiam
iuit cũ ioseph i bethleẽ ciuitatẽ Dauid vt
p̃fiteret̃ cũ eo. vt scribit̃ Lu. ij. c. ¶ Tertiũ
dubiũ fuit vtrũ sit eadẽ descriptio xp̃i fc̃tã
p̃ Matth. q̃ per Lucã. Et videt̃ q̃ sit di
uersa. Nã Matth. dicit q̃ Jacob genuit
Joseph virũ Marie. Lucas aũt dic̃. Jo/
seph esse filiũ Heli. vt p3. iij. c. Ad h̃ re/
spõdet Aug9. li. de cõsensu euangelistarũ
dicẽs. Tres cause occurrũt quarũ aliquã
euãgelista secutus est. Aut em̃ vnus euã/
gelista patrẽ Joseph a quo genitus est no
minauit. Alter ꝟo vel auum maternũ vl'
aliquẽ de cognatis maiorib9 posuit. Aut
vnus erat Joseph naturalis pater. Alter
eũ optauerat: aut more iudeorum cum sine fi
lijs vnus decessisset eius vxorẽ p̃pinquus
accipiẽs filiũ quẽ genuit p̃pinquo mortuo
deputauit qđ est quoddã genus adoptio/
nis legalis. Et hec vltima causa ẽ verior
ſm sanctũ Tho. iij. parte. q. xxxi. quã etia3
Hiero. sup̃ Matth. ponit. Et Eusebius
cesariensis in ecclesiastica histo. ab affrica
no historiographo traditũ asserit. Dicunt
em̃ q̃ mathan z mathat diuersis tẽporib9
de vna eadẽq3 vxore Esta nõie filios pro/
crearũt de mathan nat9 est Jacob. de ma/
that Heli. ita q̃ Heli z iacob fuerũt fra/
tres vterini. S3 de duob9 fratribus a da/
uid diuersimode descendentib9 Heli aũt
accepta vxore mortuus ẽ sine semine. et iđ
Jacob frater ei9 accepit vxorẽ fratris sui:
vt ei suscitaret semen: z genuit Joseph: ita
q̃ Joseph fuit filius naturalis ipi9 Jacob
Et sic accepit eũ in genealogia Matthe.
Et fuit filius legalis leui: z sic accepit eu3
Lu. Nã filius q̃ modo dicto nascebat̃ ſm
naturã erat filius generãtis: ſm aũt lege3
erat filius defuncti. Idẽ etiã dicit Johes
Damascenus li. iiij. c. vi. Quare nõ ẽ mi/
rãdũ si aliter xp̃i genealogiã scribit Mat
theus q̃3 Lucas cũ vterq3 p̃ferat veritatẽ
Nã z si multa nõia vel alia dicat Lucas
q̃ tacet Matthe9 illud est ſm Augu. de
cõsensu euãgelistarum. q2 Mattheus i xp̃o
regiã instituerat insinuare p̃sonã. Lucas
aũt sacerdotalẽ. Ex quo mattheus explicat
illos q̃ regia corona fuerũt decorati. Lu.
alios q̃bus dignitas sacerdotalis fuit con
cessa. Mattheus posuit carnales patres.
Lucas posuit patres spirituales. s. iustos
viros qui dicũtur patres p̃pter similitudi
nẽ honestatis. Mattheus describit gene
alogiã xp̃i descẽdendo a Dauid z Abraã
vsq3 ad Joseph: ex eo q̃ descripsit assum/
ptõnẽ nostre hũanitatis a deo Lucas aũt
progressus ẽ ascẽdendo a Joseph vsq3 ad
deũ quia descripsit redemptionẽ nostram
in deum que fit per gratiam adoptionis.

Sed adhuc post omnia ista in dubiũ ver/
titur animus: quoniã vt Hiero. inquit su/
per Danielem. Pro aui oĩes ꝛ maiores
patres dicuntur. Cum igitur in genera/
tione xp̄i multi fuerũt patriarche ꝛ pluref
reges quare tm̄ filius Dauid ꝛ Abraam
nuncupatur. Ad qđ respondet Hiero. in
omelia dicens. Ideo autem ceteris preter
missis horũ filiũ nuncupauit quia ad hos
facta est de xp̄o tantũ repmissio. Ad abra/
am inqt. In semine tuo benedicẽtur oẽs
gentes. Ad dauid. De fructu ventris tui
ponã super sedem meã. Dauid ergo fuit
principalis inter reges. Abraam inter pa/
triarchas. Abraam fuit primus q̄ fidem
vnius dei publice confessus est. Et in si/
gnum huius accepit circũcisionem: q̄ fuit
signũ distinguens fideles ab infidelibus.
Dauid autẽ fuit primus rex electus a deo
fm voluntatẽ dñi ad fidelẽ populũ regen/
dum. Vñ dicit. i. Regũ ca. xiij. Quesiuit
dñs virũ iuxta cor suũ. Saul aũt licet pri
mo fuerit electus a dño. hoc tñ nõ fuit fm
cor dñi sed fm exauditionẽ ppl̄i. Propter/
ea dixit deus Samueli. Audi vocẽ popu
li. s. petẽtis regẽ. Et ob hãc causam Mat
theus nominat ipm solũ regem cũ dicit.
Jesse aũt genuit dauid regem. Dauid au
tem rex genuit Salomonẽ. cũ tñ ꝛ Salo
mon rex fuerit ꝛ Roboam ꝛ Manasses ꝛ
Josaphat ꝛ Ezechias ꝛ reliqui. Preponi
tur ꝯo Dauid ipi Abraã. licet fuerit tẽpo
re posterior propter eminentiã regie digni
tatis.

¶ Qꝫ natiuitas virginis fuit digna ra/
tione bonitatis parentũ quibus fuit p an/
gelum nunciata. Ca. III.

Tertio contẽplemur virginis nascentis dignitatẽ Fuit equidẽ natiuitas eius dignissima triplici ratione.
¶ Primo ratione parentalis cõditionis.
¶ Secũdo ratione angelice nũciationis.
¶ Tertio ratiõe diuine reuelatiõis.
¶ Primo apparet dignitas natiuitatis
virginis benedicte ratione parentalis cõ
ditionis. Habuit nãqꝫ parentes honestis
simos ꝛ timentes deũ. Joachim ꝛ Annã
Joachim quidẽ ex galilea ꝛ ciuitate naza/
reth: sanctã annam ex bethleem duxit vxo
rem. Ambo autẽ iusti erant ꝛ sine repre/
hensione in omĩbus mandatis dñi incede
bant omneqꝫ suã sbam trifarie diuidebãt
vnã partẽ templo ꝛ templi fuitoribus im/
pendebant: aliam peregrinis ꝛ pauperibꝫ
erogabant: tertiã suis vsibus per sese sua/
qꝫ familia reseruabant. Et ita per annos
viginti prolem nõ habentes: vouerũt dño
q̄ si eis sobolem cõcederet eam seruitio do
mini mancipa rent. Cuius rei gratia cum
singulis ãnis in tribus festis pcipuis hie/
rusalem frequẽtarent. In festo enceniorũ
cum suis hierusalem ascẽdit: ꝛ cũ ceteris
ad altare accedens oblationẽ suam offerre
voluit: quẽ videns sacerdos cum indigna
tione nimia repulit: ꝛ cũ ad altare accede/
re presumeret increpauit asserens nõ esse
conuenĩẽs maledicto legis obnoxiũ obla
tionẽ dño legis offerre: nec inter fecundos
infecundũ ꝛ q̄ populũ dei nõ auxit astare.
Joachim ergo sic confusum se vidẽs p̄ pu
dore domũ redire noluit: ne similiter a cõ/
tribulibus suis qui hoc audierant tãtum
obprobriũ sustineret: itaqꝫ ad suos pasto/
res secessit. ¶ Secundo apparet dignitas
natiuitatis virginis ratiõe angelice nun
ciationis. Fuit nãqꝫ ab angelo Joachim
ꝛ Anne modo qui sequitur annũciata. vt
enĩ scribitur in legenda natiuitatis. Cũ
Joachim aliqꝫ diu cũ suis pastoribus mo
ram traxisset: quadã die ei solus angelus
cum ingenti claritate apparuit. ꝛ de eius
visione turbatũ ne timeret admonuit di/
cens. Ego sum angelus dñi missus ad te.
vt annũciẽ tibi preces tuas exauditas esse
ꝛ elemosinas in cõspectu dñi ascẽdisse: vi
di enĩ pudorẽ tuũ ꝛ audiui sterilitatis ob/
probriũ nõ recte tibi obiectũ: peccati q̄ppe
nõ nature vltor ẽ deus. Et ideo cũ alicuiꝰ
vteruꝫ claudit ad hoc facit vt mirabilius
denuo aperiat ꝛ nõ libidinis esse quod na
scitur sed diuini fore muneris cognoscat.
Prima gentis vestre mater sara nõie vs/
qꝫ ad nonagesimũ annũ sterilitatis obp/
briũ pertulit: ꝛ tamẽ Jsaac cui repromissa
erat omniũ gentiũ benedictio generauit.
Rachel etiã nõne diu sterilis fuit. ꝛ tamẽ
Joseph genuit qui totius egypti dñm ha/
buit. Quis fortior Samsone vel sanctior

Samuele. ꝛ tñ hi ambo matres steriles
habuerũt. Ratione igitur ꝛ exemplis cre/
de dilatos diu conceptus ꝛ steriles partꝰ
mirabiliores esse solere/ proinde. Anna
vxor tua pariet tibi filiã ꝛ vocabis nomen
eius Mariã. hec vt vouistis erit ab infã/
tia dño cõsecrata. ꝛ adhuc ex vtero matris
sue spũsctõ plena. nec forinsecus inter po/
pulares sed in tẽplo dñi semp morabitur.
Et sicut ex sterili matre ipa nascet̃ ita mi/
rabiliter ex ea filius altissimi generabitur
cuius nomẽ erit Jesus: ꝛ per eũ oibus gẽ/
tibus erit salus. Et tibi hoc signũ. cũ pue
neris ad aureã hierosolyme portã. Annã
vxorẽ tuã obuiũ habebis q̃ de tua tarda/
tione modo sollicita tunc in tuo conspectu
gaudebit. His dictis angelus ab eo dis/
cessit. Anna aũt cũ amare fleret ꝛ q̊nã vir
suus iuisset ignoraret idẽ angelus sibi ap
paruit ꝛ eadẽ que viro annũciauerat pate
fecit. addens ꝙ pro signo hierusalẽ ad au/
reã portã pergeret: ꝛ ibidẽ viro suo redeũ/
ti obuiaret. Igitur iuxta angeli preceptuꝫ
ambo sibi inuicẽ obuiantes de mutua vi/
sione letati ꝛ de prole promissa securi ado/
rato dño redierũt diuinũ promissum hila
riter expectãtes. Anna ĝ cõcepit: ꝛ filiam
suo tẽpore peperit que vocata fuit maria
¶ Tertio apparet dignitas natiuitatis ꝟ/
ginis ratiõe reuelatiõis diuine. postq̃ em̃
in celũ assumpta fuit dies natiuitatis eiꝰ
aliq̃to tpe fideles latuit. Cõtigit ergo vt
fert Johãnes beleth. ꝙ quidã vir sanctus
sedule cõtemplationi insistẽs singulis an/
nis sex ydus septẽbris in oratiõe positus:
iocundissimã angeloꝝ solẽnitatẽ audiret
in celo. Cunq̃ deuotissime sibi reuelari pe
teret̃ quolibet anno illa tm̃ die ꝛ nõ alia h̃
audiret. diuinũ accepit respõsum ꝙ virgo
gloriosa Maria tali die mũdo fuisset na
ta. Et ideo hoc manifestaret filijs sancte
ecc̃lie. vt cõcordes fierent in hac celebrita/
te celesti curie. Cum ꝑo hoc summo ponti
fici ꝛ alijs intimasset hũc diẽ in honorẽ na
tiuitatis virginis celebrandũ vniuersali/
ter statuere. Gaudeamus igitur ꝛ exulte/
mus de tot amplissimis nobis omĩbꝫ col/
latis donis. Nam virgo q̃ nata est salutẽ
attulit mũdo. Et vt inq̃t Augꝰ. in sermo
ne. Precisum est in ea illud eue infelicita/
tis eulogiũ. de q̊ dicit̃. In tristicia paries
filios. qr ista i leticia dñm pturiuit. eua em̃
luxit: ista exultauit. Eua lachrymas: ma/
ria gaudiũ in ventre portauit. qr illa pec/
catorẽ: ista edidit innocẽtẽ. Et iterũ in eo/
dem s̃mone. Benedicta tu in mulieribus
q̃ vitã ꝛ viris ꝛ mulieribus pepisti. Ma/
ter generis nostri penã intulit mũdo: ge/
nitrix dei nostri salutẽ attulit mũdo. Au/
ctrix peccati Eua. Auctrix meriti Maria
Eua occidẽdo obfuit. Maria viuifican/
do profuit. Percussit illa: sanauit ista. que
simul cũ filio collaudet̃ in eternũ ꝛ in secu
la seculorũ. Amen.

¶ Sermo vigesimusextus de annuncia/
tione virginis beatissime.

Inuenisti gratiã apd
deũ. Angeli Gabrielis reue/
rẽtissime virginẽ genitricem
dei salutãtis verba sunt ista
originaliter Lu. i. c. ꝛ in euãgelio presentis
solẽnitatis. Cũ ingẽti leticia mẽtis dies
ista ẽ percurrẽda in qua virgo beata de ce
lo ad suũ vterũ traxit deũ. Hodie nanq̃
melliflui facti sũt celi: ꝛ pater eternus ira
deposita misericordiã suã humano gene/
ri demõstrauit. Hodie facta est mira illa
ineffabilisq̃ vnio diuine ꝛ humane natu
re. ꝛ in vtero virginis habitauit deus ꝛ hõ
Hodie virgo regia de stirpe Dauid ma/
ter dei effecta officiũ intercedẽdi ꝓ nobis
apud suũ dilectũ filiũ suscepit. Propterea
ne tãti beneficij immemores ingratiq̃ simꝰ
de annũciatiõe virginis in hoc s̃mone di/
cemus. Ipa q̃ppe inuenit gratiã nõ solũ ꝑ
se sufficientẽ: sed ꝓ toto mũdo copiosam ꝛ
abũdantẽ deũ in suo vtero dei filio incar/
nãdo parauit habitaculũ speciosum. Hic
deuotus ille Bern̄. sup missus ẽ ait. Vir
go regia gẽmis ornata virtutũ geminoq̃
mẽte ꝛ corporis pariter decore prefulgida
specie sua ꝛ pulchritudine sua celi ciuiũ in
se ꝓuocauit aspectũ ita vt regis animũ in
suã cõcupiscẽtiã inclinaret. ꝛ celestẽ ad se
nũciũ de supnis educeret. hᶜ ille. Ergo cir
ca annũciationẽ dignissimã attẽdere volẽ
tes tria mysteria ꝓponimus cõtẽplãda.
¶ Primũ dr̃ angelice iussionis.
¶ Secundũ mutue collocutionis.

¶ Tertiū mirabilis cōceptiōis.
¶ Q̄ȝ singularissima fuit annūciatio vir/
ginis respectu dei. respectu angeli ⁊ respe/
ctu virginis. Ca. I.

PRimū mysteriū contē
plandū dicit̄ angelice missiōis
Inq̄t Lu. Missus ē angelus
Gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē
nazareth ad virginē despōsatā viro cui no
mē erat Joseph de domo dauid: ⁊ nomē
virginis Maria. Ubi ponūtur tot noīa
ꝓpria. s. angeli missi. virginis ad quā mit/
tebatur spōsi sui ⁊ loci ad ostēdēdā certi/
tudinē histo. vt dicit Nico. de lira. Quātū
ꝟo sublimis ꝑclaraq̄; fuit ista missio: ista
legatio: nos cōsiderare debemus maxime
triplici respectu.
¶ Primo respectu dei.
¶ Secūdo respectu angeli.
¶ Tertio respectu virginis.
¶ Primo inq̄; cōsideremus huiꝰ legatio/
nis prestātiā respectu dei. Quidnā ipō al
tius q̄ cūcta ꝑcellit q̄ est oīe bonū et oīm
creaturaꝝ celi ⁊ terre dn̄s. ipe vtiq̄; ē deus
infinitus: imēsus: eternus. oīpotēs: inef/
fabilis: deꝰ magnꝰ dn̄s ⁊ rex magnus sup
oēs deos q̄ hūano generi lapso subuenire
misericorditer volēs de virgine carnē dis
ponēs sumere: ad eā suū angelū destina/
uit. Sed mirātur pleriq̄; ⁊ curiose inq̄re/
re satagūt Cur tādiu illeq̄ clemētissimus
est cui ꝓpriū est misereri semp ⁊ parcere cō
tinuit in ira misericordias suas. est q̄dē in
carnatōis donū summe liberalitas ⁊ ardē
tissime charitatis. Un̄ ⁊ apl'us ad Eph.
c. ij. inq̄t. Deus q̄ diues ē in misericordia
ꝓpter nimiā charitatē suā qua dilexit nos
cū essemus mortui peccatis cōuiuificabit
nos in xp̄o. Charitas ꝟo nō tardat amico
subuenire: s̄m illud sapiētis Prouer. iij. c.
Ne dicas amico tuo vade ⁊ reuertere: cras
eīm dabo tibi. cū statim possis dare. Quare
videret̄ ꝙ statim post lapsuȝ debuisset dei
filius humanā carnē ⁊ naturā assumere.
Ad qd̄ respōdet̄ s̄m Alexādrū in iij. sūme.
⁊ sanctū Bonauē. in iij. di. i. ⁊ sctm̄ Tho.
iij. parte. q. i. ꝙ nō fuit conueniens statim
post peccatū incarnari deū: sed dum venit
plenitudo tēporis vt dicit̄ ad Gal. iiij. ca.

Et hoc triplici ratione.
¶ Primo ꝓpter peccati punitionē.
¶ Scd̄o ꝓpter morbi curationē.
¶ Tertio ꝓpter xp̄i denūciationē.
¶ Primo ꝓpter peccati punitionē Uoluit
q̄ppe deus ostēdere homini q̄; tū sibi pecca
tū displiceat qd̄ per tot annorū milia tam
diuturna castigatione puniuit. Facilitas
eīm venie tribuit in cētiuū delinquendi. vt
nota de vita ⁊ ho. cle. c. vt clericoꝝ. Et di.
xxviij. c. q̄r sunt. Et di. xlv. ca. sed illud. Et
di. l. c. de lapsis. Et di. xciij. c. ꝑuenit. Et. i.
q. vltima. ca. exigūt. Et xxi. q. ij. ca. placuit.
Et xxiij. q. iiij. c. est iniusta. Et xxv. q. ix. c.
loci. Quare ⁊ si fuisset ex parte dei libera/
lius beneficiū si a pricipio incarnatꝰ fuis/
set. nō tn̄ fuisset vtilitas ex parte humani
generis recipiēs cui ex tarditate incarna/
tiōis ostēditur grauissima cōditio peccati.
¶ Scd̄a ratio quare fuit cōueniēs. vt nō
stati post peccatū xp̄s carnē assumeret dr̄
ꝓpter morbi curationē. Nā q̄r homo super
biēdo peccauerat eo modo erat liberādus
vt humiliatus cognosceret se liberatore in
digere. vnde glo. sup Ep'lam ad Gal. ait:
Magno cōsilio factū est vt post hominis
casum nō illico dei filius mitteret̄. Reliq̄t
eīm deus hoīem ꝑus in liberate arbitrij in
lege naturali vt sic vires nature sue cogno
sceret vbi cū deficeret leguȝ accepit. Qua
data inualuit morbus nō legis sed natu/
re vicio: vt ita infirmitate sua cognita cla
maret ad medicū ⁊ gratie quereret auxili/
um. ¶ Tertia ratio illius dilationis fuit
ꝓpter xp̄i denūciationē. Debebat q̄dē xp̄i
aduentus ob excellētissimā suā dignitatē
ꝑnūciari ⁊ m'lto t̄pe antea ꝑclamari vnde
ad h̄ ⁊ glo. ꝑdicta inq̄t. Quāto maior iu/
dex veniebat tāta ꝑconū series lōgior ꝑce/
dere debebat. ¶ Scd̄o cōsideremus ange
lice missionis preeminentiā respectu ipiꝰ
angeli. De quo apd̄ viros doctissimos tri
pliciter dubitari solet. Et ꝑmo de quo or/
dine fuerit angelus ille. Scd̄o an appa/
ruit virgini in visione corporali. Tertio si
fuit cōueniēs vt angelus virgini annū ca
ret in ea dei filiū incarnādū. Prio de ordie
illiꝰ angeli varia solet ēē opinio. Quidā di
xerūt ꝙ fuit d̄ ordine infimo. s. angeloꝝ q̄r
ꝑ illos ꝯsueuerūt diuina hoībus reuelari

Et hoc videtur innuere textus cū dicit an
gelus ⁊ nō dicit archāgelus. Sed ad hoc
dicimus ꝙ q̄uis ꝓprie angeli dicātur illi
qui sunt in vltimo choro infime ierarchie
tamen large omnes de quibuscūq̄ ordini
bus angeli nūcupantur. Nam vt Isid. te/
statur in iij. ethimo. li. Angelus latine nū
cius dicitur. Omēs autē vel mediate vel
īmediate diuina nūciant. que ab ipso deo
prius seraphin reuelātur: ⁊ ipi illa cheru/
bin manifestāt. ⁊ sic gradatim vsq̄ ad vl/
timū ordinē ſm dionisiū. Et ꝓpterea licet
Lucas dicat Missus est angelus. nō tñ
ita stricte accipit̃ vt nō potuerit esse de ali/
quo ordine superiori. Hinc Bern. super
missus est ait. Non arbitror hūc angelum
ex minoribꝰ esse q̄ qualibet ex causa soleāt
ad terras crebra legatione fungi qḋ ex eiꝰ
noīe palam intelligi datur. qḋ interpretat̃
fortitudo dei q̄ nō ab aliquo alio forti ⁊ ex
cellenti vt solet spū: sed ab ipo deo mitti ꝑ
hibetur. Sctūs ꝟo Tho. in iij. scripto sen
tentiaꝝ di. iij. ⁊ iij. pte. q. xxx. dicit ꝙ ille an
gelus fuit de medio ordine infime ierar/
chie: q̄ est ordo archangeloꝝ. Qḋ cōueniē/
ter videt̃ esse factū vt saluaret̃ ꝓprietas or/
dinū. q̄ ad angelos pertinet dirigere actꝰ
alicuius hōis q̄ ad ipm tm̄ pertinēt. vnde
dicūtur minima nūciare. Ad archāgelos
ꝟo pertinet dirigere actus hōis in totam
multitudinē redundātes. vnde ⁊ mediij. s.
archangeli dicūtur quasi ṗncipes angeli
Quia ergo cōsensus virginis q̄ ꝑ angelū
req̄rebat̃ erat actus singularis ꝑsone redū
dans in vtilitatē multitudinis: imo totius
humani generis. Ideo credit̃ ꝙ fuerit de
ordine archangeloꝝ. ⁊ ꝙ fuerit summus i
illo ordine. Et hoc videt̃ habere firmita/
tē ex eo ꝙ ecclīa cantat. Gabrielē archan/
gelū credimus diuinitꝰ te esse affatū. Alij
aūt opinātur angelū illū fuisse de ordine se
raphin: quoniā vt Grego. dicit. Summū
angelū venire dignū fuerat: q̄ summū oīm
nūciabat. Nec incōueniēs ꝙ pro tanta re
singularissima singularis nūcius mittere
tur q̄ esset omniū angeloꝝ excellētissimus.
Dictus est aūt gabriel. q̄ vt Grego. dicit
in omelia. Hoc nomē officio suo congruit
Gabriel em̄ dei fortitudo nominatur. Per
dei ḡ fortitudinē nūciandū erat q̄ virtu/
tum dn̄s ⁊ potens in prelio ad debellan/
das potestates aereas veniebat. ¶ Secū/
do dubitari solet an angelus ille apparuit
virgini in visione corporali: Et respondet
Tho. iij. parte. q. xxx. ꝙ sic. Nam Augꝰ. in
persona ꝟginis in ſmone loquēs ait. Ve/
nit ad me quidā magnus paranimphus
xp̄i nō patriarcha ṗmus: aut ꝓpheta egre
gius: sed Gabriel archangelus facie ruti
lans. veste coruscans. incessu mirabilis q̄
ꝑrinere nō possunt nisi ad corporeā visio/
nē. Hoc aūt conueniēs fuit. Primo ratio/
ne similitudinis. q̄ illud qḋ annūcieba/
tur erat incarnatio dei inuisibilis. vnde cō
ueniēs fuit vt ad huius rei declarationē
inuisibilis creatura formā assumeret in q̄
visibiliter appareret cū etiā oēs apparitio
nes veteris testamenti ad hanc apparitio
nē ordinētur qua dei filius apparuit i car
ne. Secūdo fuit conueniēs ratiōe certitu/
dinis. Ea em̄ que sunt oculis subiecta cer/
tius cōprehendimus q̄ȝ ea que imagina/
mur. Unde dicit Chriso. sup Matth. ꝙ
angelus nō in somnis īmo visibiliter vir/
gini astitit. Nam q̄ magnā valde reuela/
tionē ab angelo accipiebat. Egebat tante
rei euētus missiōe solēni. Tertio fuit cōue
niēs vt āgelus visibilit̃ appareret rōne alti
tudinis. s. ꝓpter altitudinē ⁊ dignitatē ma
tris dei q̄ nō solū in mente: sed in corporeo
ventre erat dei filium receptura. Et ideo
nō solum mens eius sed etiā sensus corpo
rei erant visione angelica delectādi. Et si
obijceretur ꝙ ſm Aug. xij. sup Genes. ad
litterā. Intellectualis visio est potior ⁊ di/
gnior q̄ȝ corporalis. ⁊ precipue ipsi angelo
magis cōueniēs. Nam visiōe intellectua/
li videt̃ angelus in sua substātia: visione
aūt corporali videt̃ in figura assumpta cor
porea. Igit̃ angelus annūciās magis ap
parere debuisset in visione intellectuali q̄ȝ
corporali. Respōdet Tho. vbi. s. ꝙ intel/
lectualis visio est potior q̄ȝ imaginaria vel
corporalis si sit sola. Sed ipe Augꝰ. dicit
ꝙ est excellētior ꝓphetia q̄ habet simul in/
tellectualē ⁊ imaginariā visionem q̄ȝ illa
que habet alterā tm̄. Beata ꝟo virgo nō
solum percepit visionē corporalē: sed etiā
intellectualē illuminationē. Unde talis
apparicio satis nobilis fuit Fuisset tamen

nobilioꝛ si ip̄m angelū intellectuali visiōe
in sui sb̄stātia vidisset, sꝫ hoc nō patiebatꝛ
status hoīs viatoris. ¶ Tertio queritꝛ si
fuit cōueniens vt angelus annūciaret vir
gini dei filiū in ea incarnandū. Et ad hoc
respondetur ꝙ sic triplici ratione.
¶ Primo ex parte dei.
¶ Secūdo ex p̱te angeli.
¶ Tertio ex parte ꝟginis.
¶ Primo fuit cōueniens ex p̱te dei: vt in h̄
seruaretꝛ oꝛdo quē ipse statuit quo mediā/
tibus angelis homines ad diuina perue/
niūt. Vn̄ Dionysius. iiij. ca. celestis ierar/
chie dicit. Diuinū Jesu benignitatis my/
steriū angeli p̱mum edocti sunt postea per
ipos ad nos cognitionis gr̄a transiuit. Et
in eodeꝫ li. ait. Diuinas visiones glorioſi
patres nostri adepti sūt p̱ medias celestes
ꝟtutes Tho. ṗa. ṗe. q. lxxi inquit Loquitꝛ
de visionibus ꝓpheticis q̄ facte sunt medi
antibus angelis Et si aliq̄s instaret ꝙ vir
go mater dei superioꝛ erat angelis. Sꝫ vt
Dionysius refert ca. vij. celestis ierarchie.
Supremis angelis fit reuelatio immedi/
ate a deo. ergo ⁊ ipsi virgini. Respondere
possumus ꝙ mater dei superioꝛ erat āge/
gelis ꝙ̄tum ad dignitatē ad quā diuinitꝰ
eligebatꝛ. Sed ꝙ̄tum ad statū p̄sentis vi/
te inferioꝛ erat angelis. qꝛ etiā ipse xp̄s ra
tione passibilis vite fuit paulominꝰ ab an
gelis minoꝛatus. vt dicit ad Hebꝛe. ca. ij.
Sed qꝛ xp̄s fuit viatoꝛ ⁊ comp̄hensoꝛ ꝙ̄/
tum ad cognitionē diuinoꝝ nō indigebat
ab angelis instrui. Sed mater dei nōdū
erat in statu comp̄hensoꝛū. Et ideo de di/
uino conceptu p̱ angelos instruenda erat.
Si vero vlterius cōtra hoc quispiā oꝑpo/
neret dicens. ꝙ beata virgo incarnationis
fidem habebat sine qua nullus esse pote/
rat in statu salutis, ergo non egebat super
hoc ab angelo instrui. Ad hoc responderi
potest: ꝙ licet beatissima virgo plenā fidē
haberet de xp̄o incarnando tamen qꝛ hu/
milis erat: non alta de se sentiebat neqꝫ co
gitabat se tanti domini matrem futurā: ⁊
ꝓpterea erat super hoc ab angelo instruen
da. Secūdo fuit cōueniens ex parte ange/
li. Jdeo inquit Beda in omel. Aptū hu/
mane restauratiōis p̱ncipium vt angelus
ad virginem mitteretur partu consideran
dam diuino: qꝛ prima perditionis huma/
ne causa fuit cū serpens a diabolo mitteba
tur ad mulierem spiritu superbie decipien
dā. Tertio fuit expediens ex parte ꝟginis
tum. vt ex tali nūcio mens eius eleuaretur
in deū: qꝛ vt inquit Augustinus li. de vir
ginitate. Beatioꝛ fuit Maria concipien
do fidem xp̄i ꝙ̄ concipiendo carnē xp̄i. Et
postea subdit. Materna ꝓpinquitas ni/
hil Marie ꝓfuisset: nisi felicius xp̄m coꝛ/
de ꝙ̄ carne gestasset. Tum vt esset certioꝛ
testis huius sacramēti quādo sup̱ hoc di/
uinitus erat instructa. Tum etiā vt eiꝰ pu
ritas ostenderetur Vnde Hiero. ad pau
lam ⁊ eustochiū bene inquit. Angelus ad
ꝟginem mittitur: qꝛ semp̱ est angelis co/
gnata virginitas. Tum vt voluntaria sui
obsequij munera deo offerret: ad qđ se p̄m
ptam obtulit dicens. Ecce ancilla domi/
ni. Erat enī quoddā spirituale matrimo/
niū inter deū ⁊ humanā naturā. Et ideo
per annunciationē expectebatur cōsensus
ꝟginis loco totius hūane nature. ¶ Ter/
tio considerare debemus missionis ange/
lice excellentiā respectu virginis. Jp̄a vti/
ꝙ̄ sola facta fuit digna poꝛtare in vtero re
gem celoꝛū et dominū omniū creaturarū.
Ob quod ecclesia sancta sibi dicit. San/
cta ⁊ immaculata virginitas q̄bus te lau
dibus offeram nescio. qꝛ quem celi capere
non poterant tuo gremio cōtulisti. At ⁊ in
persona eius ita cunctos fideles affatur.
Cōgratulamini mihi om̄es qui diligitis
me: qꝛ cū essem paruula placui altissimo.
⁊ de meis visceribus genui deū ⁊ hominē
Hec est ista pulchꝛa et decoꝛa nimis filia
hierusalē: cui dixit deus illud Canticoꝛū.
vi. ca. Pulchꝛa es amica mea suauis ⁊ de
coꝛa. Hec est de qua ibidem subsequitur.
Vna est columba mea: perfecta mea: hec
est quam viderunt filie syon et beatissimā
p̱dicauerunt ⁊ regine laudauerunt eā. O
felix puella O celi regina merito quilibet
homo vel angelus dicere tibi potest illud
Prouer. vl. ca. Multe filie cōgregauerūt
diuitias: tu supergressa es vniuersas. Ad
ipsam solā missus fuit de aula summi dei
legatus singularis et insignis vt ipsa ꝟgo
contentaretur concipere xp̄m: qui de ipsa
carnē suscipere cupiebat. Erat inquit euā

In sui ꝟo glorificatiōe cōsummata ē eius
grā ꝑficiens eā in fruitione oīs boni. Sꝫ
orit̄ hic difficultas an beata virgo habu/
buit aliquas grās gratis datas. puta sapi
entie ⁊ virtutū ⁊ miraculoꝝ. ex eo ꝙ non le
gitur docuisse qđ spectat ad sapientiā. aut
miracula fecisse. Ad quod ita dicit sanctꝰ
Tho. Non est dubitandū qn beata virgo
acceperit excellenter donū sapientie ⁊ gra
tiā virtutū ⁊ etiā grām ꝓphetie. nō tamen
accepit vt haberet oēs vsus haꝝ ⁊ simi
liū gratiaꝝ sicut habuit xp̄s: sed ſm ꝙ cō/
ueniebat cōditioni ipsius. Habuit nanqꝫ
vsum sapie in cōtemplando. ſm illud Lu
ce. ij. c. Maria aūt cōseruabat oīa verba
hec cōferens in corde suo. Nō aūt habuit
vsum sapie qn̄tū ad docendū eo ꝙ nō con/
ueniebat sexui muliebri. Nā vt dicit apl's
Mulieri docere in ecclesia non permitto.
Miraculoꝝ ꝟo vsus sibi nō cōpetebat dū
viueret: qꝛ tunc tp̄is doctrina cōfirmāda
erat miraculis xp̄i. Et ideo soli xp̄o ⁊ eius
discipulis q̄ erāt baiuli doctrine xp̄i cōue/
niebat miracula facere. Propter qđ etiam
de Johanne baptista dꝛ. Joh. x. ꝙ signum
nullū fecit. vt. s. omnes in xp̄o intenderent
Vsum aūt ꝓphetie habuit virgo. vt patet
in cantico qđ fecit. Magnificat aīa mea
dn̄m. ¶ Secūdo cōsideremus ꝟginis tur
bationem. de qua scribit Lucas. Que cū
audisset turbata est in sermone eius: et co/
gitabat qualis esset ista salutatio. vbi ap/
paret laus virginis. in auditu. in affectu ⁊
cogitatu. In auditu laudat̄ modestia. qꝛ
audit ⁊ tacet. In affectu verecūdia vnde
turbata est. In cogitatu prudentia. qꝛ co/
gitabat qualis esset ista salutatio Turba
ta est aūt de angeli sermone nō de eius vi/
sione qm̄ angelos sepe viderat: sꝫ nūqꝫ ta/
lia loquentes audierat. Ob nouitatē igit̄
salutationis admirari compulsa fuit. Nā
vt Hieroꝯ. ait. Iniungit̄ noua legatio an/
gelo ⁊ virgo nouā ꝓfessa virtutē: noue sa/
lutationis honorat̄ obsequio. Frācis cus
de marone in suo. iij. di. iiij. dicit ꝙ ꝟgo sā/
ctissima i hac sua turbatiōe cogitabat my
steriū incarnationis verbi qđ sibi in salu/
tatione extitit reuelatū. Et dicūt quidā: ꝙ
sibi etiā fuit cū hoc reuelatū mysteriū pas/
sionis filij sui. Alij vero tenēt ⁊ melius: ꝙ
mysteriū incarnatiōis in ea complendum
fuit sibi reuelatū nō tamen modus. s. ꝙ vir
go pareret: ⁊ ideo timebat ne hoc esset vel
fieret cū ꝟginitatis diminutiōe. id circo đ
hoc timebat. Et forte plus appetebat esse
virgo qꝫ verbum cōcipere sine virginitate
virginitas em̄ est de numero laudabiliū.
verbū ꝟo cōcipere de numero honorabili/
um circa qđ nō est virtus: sed p̄miū virtu
tis. Premiū ꝟo honorabile. sꝫ virtus lau/
dabilis: sꝫ ꝟtus est magis appetenda qꝫ p̄
mium virtutis: qꝛ hō circa ꝟtutem meret̄
nō aūt circa p̄mium: qꝛ nec est in sua pote
state. ¶ Tertio ꝯsideremus ꝟginis decla
rationē qualiter fuit ab angelo declarata
⁊ cōfortata Ne timeas inq̄t Maria. s. de
salutatione insolita: cuius causa subditur
Inuenisti em̄ grām apud deū: non solum
ꝓ te. sed ꝓ toto genere hūano Vbi Bern̄.
ait. Quam grām. Dei ⁊ hoim pacē: mor
tis destructionē ⁊ vite reparationē. Sub/
didit angelus. Ecce ꝯcipies in vtero ⁊ pa
ries filiū ⁊ vocabis nomen eius Jesum: h
erit magnus. Semꝑ enī fuit magnus đs
sed futurus erat magnus hō ⁊ magnus ꝓ
pheta. ſm ꝙ dꝛ Lu. xvij. c. Propheta ma/
gnus surrexit in nobis ⁊ filiꝰ altissimi vo/
cabit̄ ⁊ ipius dei q̄ solus ē altissimus. Nā
vt exponit Nico. de lira sequendo Bern̄.
Homo enim altus est inter creaturas cor
porales. sꝫ angelus altior: deus solus altis
simus. Ista autē filiatio dei accipit̄ hic ꝑ
naturā in oibus alijs qn̄tūcūqꝫ sanctus est
tm̄ filiatio dei ꝑ adoptionē. Addidit āge/
lus. Dabit illi dn̄s đs sedē dauid p̄ris sui
⁊ regnabit in domo Jacob in eternum: qđ
spūaliter intelligendū est. Nā xp̄s non se/
dit suꝑ thronū dauid loquēdo de tēporali
regno: imo istud negauit corā pilato dicēs
Regnū meū nō est de hoc mūdo. tn̄ in re/
surrectiōe sua accepit potestatē etiā inq̄tū
homo suꝑ oēm creaturam ſm ꝙ ipē dixit
Matth. vlti. ca. Data est mihi ois pote/
stas in celo ⁊ in terra. Inq̄tū enī đs non
accepit aliquā potestatē de nouo siue in tē
pore. Angelus ḡ loquit̄ hic de regno spūa
li ⁊ celesti: qđ figuratum fuit ꝑ regnū Da
uid tp̄ale sicut ⁊ celestis hierl'm ꝑ tp̄alem.
ꝓpterea dixit. Regnabit in domo Jacob i
eternū. i. suꝑ electos. Dicit hic Nicolaus

de lira q̄ de domo Abraam ⁊ Isaac aliq̄
fuerũt reprobari sicut Ismael ⁊ Esau. ſ; in
domo Jacob oẽs eius filij a sanctis docto
ribus inter electos sunt computati. q̄ ⁊ si
aliq̄ peccauerũt tñ egere penitẽtiã. Cõclu
sit angelus de xp̄o. Et regni eius non erit
finis. Nam ſm q̄ dicit Nico. de lira. Xp̄s
nõ solũ inq̄ntum deus. ſ; etiã inq̄ntũ hõ re
gnabit in eternũ sup oẽs hoĩes ⁊ angelos.
Dixit aũt Maria ad angelũ. Quõ fiet
istud q̄m viꝝ nõ cognosco. Licet enim cre
deret firmiter verbũ angeli implendũ d̃ cõ
ceptione xp̄i. q̄ tñ angelus ad plenũ nõ ex
presserat modũ concipiendi. Ideo de h̊ q̄/
siuit allegando virginitatis amorem: ſm
enĩ q̄ dicũt doctores in. iiij. di. xxx. Beata
virgo añq̄ desponsaretur Joseph habuit
obseruantiã castitatis virginalis in ꝓposi/
to ex instinctu spũsscti nõ tñ vouerat exp̄s
se. Sed cum postea deo ordinante esset ei
desponsata qui erat in simili ꝓposito: simł
emiserũt votũ. Respõdens g̊ angelus de/
clarauit modũ cõcipiendi dicens. Spũs/
sanctus supueniet in te: qd̃ multiplicit̃ ex/
ponit Tho. in. iij. di. iij. Primo superueni/
et in te. i. sup possibilitatẽ ⁊ cursum natu/
re dando fecunditatẽ ⁊ seruando ꝟginita
tem. Secũdo supueniet in te. id est supra
habes id qd̃ de plenitudĩe eius quia sicut
olim impleuit mentẽ nũc implebit ventrẽ
Tertio supueniet in te. i. sup de celis veni
et q̄ oĩne datũ optimũ desursum ẽ. Quar
to supueniet in te. i. supra merita tua et su/
pra merita omniũ creaturaꝝ. Quinto su/
pueniet in te. i. sup oẽs q̇ ante te fuerũt Et
virtus altissimi. s. dei filius qui est de p̄ris
sapientia ⁊ virtus vt d̃r. i. ad Chorin. i. c.
Obumbrabit tibi. i. sub vmbra carnis la/
tebit. q̄ sub vmbra carnis latuit ꝟtus dei
tatis Ideoq̄ ⁊ qd̃ nascet̃ ex te sanctũ. Sã
ctũ dicit absolute absq̄ determinatiõe. q̄
si dixisset sanctus deus vel sanctus homo
vel aliq̄d consimile non expressisset sancti/
tatẽ eius complete. q̄ in eo est sanctitas di
uina ⁊ humana ⁊ q̇cq̇d sanctitatis potest
excogitari in quacũq̄ creatura eminenti⁹
est in xp̄o. Ideo dicit sanctum absq̄ deter
minatiõe. Sicut etiam deus dixit Moy/
si. Exo. iij. ca. Ego sum q̇ sum. sic dices fi/
lijs israel. Qui est misit me ad vos. vt per
hoc ostenderet̃ plenitudo essendi. imo infi
nitas est ꝓpria ipius dei. Et postea conclu
sit ãgelus. Vocabit̃ filius dei: nõ adopti/
uus sicut alij sed naturalis. Et ad maio/
rem assertionẽ declarat angelus dictũ su/
um ꝑ exemplũ ĩgẽs Et ecce Elisabeth
cognata tua ⁊ ipa concepit filiũ in senectu
te sua. Et hic mensis est sextus illi que vo
catur sterilis: q̄ nõ erit impossibile apud
deũ omne ꝟbum. i. factũ. dicere enĩ dei est
facere. ſm illud Psał. Dixit ⁊ facta sunt.
Et licet magis sit virginẽ parere q̄ vetu
lam sterilẽ. tñ vt Ambro. dicit in examerõ
Ob hoc multe steriles pepererũt: vt prius
credatur ꝟginis. Et ideo cõceptus Elisa
beth sterilis inducit̃ nõ quasi sufficiẽs ar/
gumentũ: sed quasi figurale quoddam ex
emplũ Et ideo ad confirmationẽ hui⁹ ex/
empli sumitur argumentũ efficax ex om/
ni potentia diuina. Tꝑus iam adesto illi
beata virgo. vt aperias spõso celesti pulsã
ti vt dei filium tuo vtero leta suscipias. vt
matrimoniũ humane ⁊ diuine nature tuo
sacro ꝯsensu ꝑficias. Ecce in celestibꝫ spi/
ritibus tã auidissima ẽ expectatio. In pa/
tribus in limbo manẽtibus tot clamores
⁊ gemit⁹. In hoĩbus viatoribus de deo re
cte sentiẽtibus tot profunda suspiria vna
vox oĩm: vnus clamor: vna p̄catio. Ange/
lus Gabriel noĩe oim te p̄catur. tibi supꝑli
cat vt ꝑ eũ iam dicta ⁊ indubitanter ꝓmis
sa acceptare benigne digneris.

¶ Q; conceptio christi fuit miraculosa ra
tione virginis ⁊ tẽporis atq̄ inauditi mu
neris. Capitulũ. III.

TErtiũ mysteriũ cõtem
plandũ circa virginis annũcia
tionẽ d̃r mirabilis cõceptionis.
Currite gentes vndiq̄: ⁊ inspicite cordis
oculis Mariã virginẽ post tanta sibi di
ninitus reuelata cũ incredibili humilita/
te nõ sine lachrymis genuflexã et manibꝫ
p̄us expansis facieq̄ ad celũ erecta paula
tim caput inclinando brachiaq̄ remittẽ/
do dicere. Ecce ancilla dñi fiat michi ſm
verbũ tuum. Super quo verbo Bernar.
ait. Que est tam sublimis humilitas q̄ ce
dere nescit honoribꝫ: insolescere nescit glo/
ria. Mater dei eligitur: ⁊ ancillã se nomi

nat His vbis expletis aduenīēte spū sancto mox vbum in vtero: mox intra vterū vbum caro cōcepitq₃ vgo filiū. Fuit autē illa cōceptio miraculosa triplici ratione.
¶ Primo ratione tempis.
¶ Secūdo ratione virginis.
¶ Tertio ratione muneris.
¶ Primo fuit illa ꝯceptio miraculosa rōe tpis. qꝛ facta fuit in instanti: nr̄a vo successiue ꝑm Damascenū. Nam vt inq̄t Tho. in. iij. di. iij. ꝛ. iij. pte. q. xxxiij. Cōceptio xp̄i facta fuit virtute diuina: que cū sit infinita effectū suū subito ꝛ in instanti ꝓducere potest. Unde in illa cōceptione quattor simul ꝛ semel facta fuerūt virtute dei. Primū fuit cōuersio sanguinis purissimi beate virginis in carnē ꝛ alias ptes corporis xp̄i. Secundū fuit formatio membroꝝ organicoꝝ. Tertiū animatio corpis organizati. Quartū assumptio corpis ꝛ aīe a diuinitate. ita vt in eodē instanti inuent⁹ sit xp̄s in ventre virgineo verus homo ꝛ verus deus. ¶ Scdo fuit illa cōceptio miraculosa rōne virginis. Magnū q̄ppe ē supnaturale vt virgo concipiat. Sed vt ait Tho. vbi supra. Miraculū cōtingit esse duobus modis. Uno mō qn̄ neq₃ agens est naturale neq₃ materia est naturalit̄ ꝓportionata ad talē formā. vt formatio hominis de limo terre q̄ est miraculosa tā ex pte agentis q̄ꝫ patientis. Alio mō cōtingit miraculū qn̄ materia est naturalis. agens vero supnaturale. sicut dum aliquis a febre sanatur. Quia ergo materia quā virgo administrauit ad formatōnē corporis xp̄i fuit natural̄ ex qua naturaliter formari pōt corpus hoīs ꝛ ꝓpter hanc materiaꝫ naturalē xp̄s dicit̄ naturalis filius virginis. Sed vtus formās fuit diuina. Et qꝛ vnūquodq₃ magis iudicat̄ ꝑm formaꝫ q̄ꝫ materiā: ꝛ ꝑm agens magis q̄ꝫ ꝑm patiēs Inde est q̄ cōceptio corpis xp̄i debet dici simpliciter miraculosa ꝛ supnaturalis ꝑm q̄d vero ex parte materie potest dici naturalis. ¶ Tertio cōceptio xp̄i potest dici miraculosa rōne muneris. Concessum q̄deꝫ fuit virgini in tali cōceptu munus inauditū. vt. s. plus posset ipa facere d̄ deo q̄ꝫ deus de seipso. Quedā eni contraria ꝛ contradictoria inter deū ꝛ virginē videbātur que dum accessit deus ad virginē concordata sunt. Puta impossibile erat deū non generare: impossibile erat virginē generare. Impossibile erat deū generare nisi deū Impossibile erat virginem generare deū. Impossibile erat deū cū alia ꝑsona genenerare. Accessit deus ad virginē ꝛ necesse fuit virginem generare ꝛ nō alium q̄ꝫ deum: ꝛ non de alio q̄ꝫ de se. Sꝫ deus nō potuit generare nisi deū de se. ꝛ tamen virgo deū fecit hominē. Deus nō potuit generare nisi infinitū. immortalē. eternū. insensibilem. inuisibilem. impalpabilem sub forma dei. Sed virgo fecit eū finitū. mortalē mendicū. tempalem. palpabilē sensibilē. visibilē sub forma serui supposi tū sub natura creata. Mirū certe vna puella nesciuit quibus blandicijs maiestatē diuinam inclinauit. vestiuitq₃ summum amabile opprobrijs. angustijs. penalitatibus ꝛ ignominijs. quod totū ꝓ salute humani generis ꝓcreatum est. O igitur res stupenda ꝛ omni plena pietate. Ecce q̄ ꝓ recōciliatione humana paceq₃ cōponenda inter omnipotentissimū deū offensum et reū hominē inscrutabilis altitudo diuini cōsilij matrimoniū cōtrahendū inter dei filiū ꝛ humanā creaturā mira dispensatione stabiliuit Et qm̄ consensus efficit matrimoniū missus est a patre misericordiaꝝ ꝛ luminum angelus Gabriel ad mundissimam virginem: que donis sublimata diuinis incompabilis erat vniuersis que tam pie tamq₃ salutari diuine dispositioni totius nature humane persona p̄beret cōsensum. O admiranda legatio ꝛ ex omni parte veneratione dignissima: que nec ꝑmam similem visa est: nec habere sequentē Quid ē mai⁹ Quid subilmius. Quid deniq₃ salubri⁹ humano generi de celo offerri potuit. Plane nihil. Qd̄ eni natura non habuit vsus nesciuit. ignorauit ratio mēs nō capit humana. pauet celū stupet terra. ꝛ oīs creatura miratur. hoc totū ꝑ Gabrielē Marie nunciat̄ ꝛ ꝑ xp̄m adimplet̄. Nā in vginis vtero verbū caro factū est. Quisq̄s igitur es q̄ xp̄iano nomīe gloriaris mysteria huiuscemodi iusto ꝑpende iudicio. Tibi eni quondā abiecto. Tibi excluso a paradisi sedibus. Tibi ꝑ exilia lōginqua mori

rienti. Tibi in puluerem ꝛ cinerē resoluto
dū tñ nulla esset spes viuendi per incarna
tionē filij dei ꝛ virginis potestas data est
vt a lōginquo ad tuū reuertaris actorem.
recognoscas parentē. liber efficiaris ex ser
uo. de extraneo ꝑueharis in filiū vt qui ex
corruptibili carne natus es: ex dei spū re/
nascaris ꝛ obtineas ꝑ grām qđ nō habes
ꝑ naturā. Demus ergo deo clemētissimo gra
tias: ꝛ virginē matrem pijssimo colamus
affectu. vt sic ꝑuenire possimus ad patriā
celestem in qua viuit ꝛ regnat deus ꝑ infi
nita secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo vigesimusseptimus de priuile/
gijs maternitatis virginis marie propter
¶ Primo dubitaꝛ circa nois mutationē. q̄
re. s. nomē pauli mutatū ē cū p̄us saul⁹ vo
careꝛ. Nam mutatio nois ē ꝓhibita. C. de
mutꝫ. no. l. i. Sꝫ ad h̄ rn̄det Io. an. in glo.
in ꝓlogo sexti libri decretaliū. ꝙ lex illa loq̄
tur de mutatiōe fraudulēta. Tn̄ interduz
lꝫ mutare nomē: vt ꝑ mutationē nois ostē
daꝛ facta mutatio hoīs. Sic̄ iacob vocat⁹
fuit isrł': ex eo ꝙ vidit dn̄m: ut pꝫ Gen̄. xxxij
c. Et symō vocat⁹ ē petrus ex ꝯfessiōe diui
tatꝫ in xp̄o vt scribiꝛ Mat. xvi. c. Et in ro
manis pontifici b⁹ mutari solet nomē. N̄
martinus. v. antea vocat⁹ ē oddode colū/
na. Eugenius q̄rt⁹ Gabriel. Nicolaus. v.
Thomas. Calixtus. iij. Alfonsus. impi⁹
scōs. Eneas. Paulus. ij. Petrus. ⁊ Sixt⁹
iiij. dicebaꝛ Frācíscus. Rō ꝟo talis muta/
tionis ē. q2 nomē dꝫ ꝯuenire rei. sic̄ pꝫ. xxi.
di. ca. cleros. ⁊ de p̄ben. ⁊ digni. ca. cū scōm
Et. xxvi. q. i. ca. si cupis. Et institura de do
na. §. Est. Tn̄ de noie pauli tres opiniōes
īueniūꝛ. Pria ē Origenis q̄ dicit ꝙ sꝑ fuit
binomius ⁊ vocat⁹ sit sꝑ saulus ⁊ paulus
Scōa ē Rabbani q̄ ait ꝙ an̄ ꝯuersionē di
ctus ē saulus a saule suꝑbo. p⁹ ꝯuersionē
ꝟo dictus ē paulus q̄si ꝑuul⁹ a ꝟtute hūi
litatis. Un̄ nomen suuz interp̄tando. i. ad
Corint. xv. c. ait. Ego sum minimus apo/
stolorū. Tercia est opinio Hieronymi et
Bede qui asserūt ꝙ vocatus sit paulus a
p̄mo spolio qd̄ ꝯtulit eccl'ie scꝫ sergio pau/
lo ꝓ ꝯsule quē ad fidem ꝯuertit: sicut patꝫ

Act.xiij.c. Secundo dubitatur circa superbie occasionē: q̄re vicȝ paulus erat ita superbus vt sponte ingereret se ad persequendū xp̄m: nam nō vocatus accessit ad p̄ncipē sacerdotū. Et ad h̄ dicere possumus q̄ tria erāt in illo q̄b⁹ disponebatur ad extollendum.
¶ Primū nobilitas generis.
¶ Secundum claritas scientie.
¶ Tercium etas florens.
¶ Primū qd erat in Paulo fuit nobilitas generis. Inquit em̄ Aug. in sermone. Erat aūt paulus de tribu beniami. sicut ipse testatur. Et ad Roma. xi. c. ipse ait. Ego israelita sum ex semine abrae de tribu beniamī Ex quo dicit glo. in ca. venerabilis. de p̄ben. ꝛ digni. q̄ fuit nobilis. Trib⁹ vero beniamin satis in scriptura magnificatur. tū q̄ꝛ illi in diuisione terre p̄missionis hierl'm fuit distributa. sicut patȝ Josue. xviij. c. tū q̄ꝛ habuit bellatores strennuos: sicut notatur Judicū xx. ca. tū etiā q̄ꝛ ex illa tribu scd̄m Hiero. fuerūt p maiori p̄te innocentes interfecti. Verūtamen pleriq̄ȝ mirari solent ex his q̄ audiūt dū de se Paulus loquitur Actuū nāq̄ȝ ca. xx. dixit. Ego sum vir iudeus tharso cilitie natus. Et. ij. ad Corinth xi. ca. hebrei sunt ꝛ ego. Et Act̄. xxiij. cap̄. Phariseus inquit sum ꝛ filius phariseoꝝ Tū cū centurio iussisset eū verberari dixit se ciuē romanū: vt habetur Act̄. ca. xxij. Et idem coraȝ tribuno cōfirmauit. Ad qd respondet. Nico. de lyra sup. xxij. ca. Act̄. et super. iiij. scd̄e ad Thimo. q̄ pater Pauli a romanis obtinuerat romanā ciuitatem. Ideo cū tribun⁹ dixisset Ego multa summa pecunie ciuilitatē hanc adeptus sum Paulus r̄ndit. Ego aūt ꝛ natus sum. Idcirco Nico. d̄ lyra exponēs illa verba Pauli ad Thimo. Penulam quā reliqui troade apud carpum veniens affer tecū ꝛ libros ait Dum esset paulus in carcere Neronis scribebat Timotheo vt ferret sibi penulā. Erat aūt penula vestis cōsularis q̄ a Romanis data fuit patri Pauli ī signū amicicie cum ip̄o ꝛ q̄ esset factus ciuis roman⁹ quā s̄eruauerat. Paulus ob memoriā patris: et insignū q̄ esset romanus ciuis si necessitas incūberet h̄ ostendendi. Erat ergo Paulus natiōe israelita. dignitate roman⁹ ciuis. et religione phariseus ob ista diuina magnanimus erat et audax Verum vt inquit Seneca ī li. de quatuor virtutib⁹. Magnanimitas si se supra modū extollit facit virū minacē: inflatū: inquietū ꝛ turbidū et in quascūq̄ȝ excellentias dictoꝝ factorūq̄ȝ neglecta honestate festiuuȝ Scd̄m q̄ erat in Paulo fuit claritas sciētie. Dicit nāq̄ȝ de illo Hieronymus Cur Paulus ap̄ls vas electionis nēpe q̄ꝛ vas legis et scripturaꝝ sanctaruȝ amarium est Et Act̄. xxi. ca. dixit se eruditū ad pedes Gamalielis. Et. ij. ad Coꝛ̄. xi. ca. ait nam etsi imperitus sermone: nō t̄n scientia Vt aūt ip̄e inquit. Sciētia inflat. Tertiū qd erat in Paulo erat florens etas. Erat quidē adolescēs. Vn̄ Act̄. vij. ca. d̄ꝛ. Testes deposuerūt vestimēta secus pedes adolescentis qui vocabatur Saul⁹. Et si quis obstaret q̄ potuerit ille fuisse alter qui sic noīaretur: facili cōuinci potest q̄m Act̄. xxij. c. Paulus cū hūilitate ꝛ patientia loquens ad dn̄m ait. Cū funderetur sanguis stephani testis tui ego astabā ꝛ ꝯsentiebā ꝛ custodiebā vestimēta interficientiū illū. Cum ḡ esset in etate florenti mouebatur ardenter ad p̄secutionē discip̄loꝝ. Nā vt inq̄t Arist. in ij. rethorice. Juuenes sunt ꝯcupiscitiui talia facere q̄cūq̄ȝ ꝯcupiscūt. Jō valde amāt valde desiderāt: ꝛ sič. Et vt vlgarit d̄ꝛ in iuuenib⁹ ē recēs ꝛ buliēs sanguis. Tercio dubitatur d̄ paulo circa t̄pis dilationē: cur. s. tādiu distulit xp̄s vocare illū ꝛ nō cū alijs ap̄lis. Ad qd r̄ndere possumus q̄ sic factū est p̄pter tria.
¶ Primo p̄pter xp̄i potentiam.
¶ Scd̄o p̄pter christi sapiam.
¶ Tercio p̄pter christi clementiā.
¶ Primo p̄pter christi potentiā vt sic ostēderetur q̄ post mortē xp̄s q̄ surrexit a mortuis potuit etiā inimicos etiā benigne superare. Scd̄o p̄p̄t sapiaȝ: vt sic inotesceret multiformis sapia dei: q̄ varios hȝ vocandi ꝛ saluādi modos. Tercio p̄p̄t clemētiā q̄ voluit vt oīs fraudis suspicio tolleretur ꝯuertēdis gentib⁹: dū talis mḡr ē elect⁹ q̄ nō solū nō fuisset de socijs xp̄i h̄ viuētis. imo fuisset acerbissimus p̄secutor oīm q̄ iuocabāt nomen ei⁹. Et nullo cōmodo vel incōmodo tēporali timore vł fauore hūano fuit ad fidem ꝯuersus ꝛ illius noīs qd antea extinguere nitebatur defensor fuit validissimus.
¶ Quarto dubitatur de paulo circa mie ꝯsc

cutionē: q̄re cōsecutus est miam dei adeo
vt in actu furibūde ꝑsecutiōis xp̄m vide/
rit ⁊ audierit vocantē. Et licꝫ Aug dicat
Si q̄ris q̄re hūc trahat: illū nō trahat: no/
li diiudicare si nō vis errare. nihilominus
rectissime pietas diua egit cū paulo dū illū
ad se tam mirabiliter traxit ꝓpter tria.
¶ Primo ꝓpter ~~celum~~. zelum
¶ Secundo ꝓpter meritum.
¶ Tercio ꝓpter exemplum.
¶ Primo ꝓpter zelum quo mouebat̄. Pau
lus ignorans in tali ꝑsecutiōe ꝙ grauiter
offendebat putabat nāq̄ꝫ sacrificiū se offer
re deo si xp̄i nomen deleret. Hoc ipse ꝯfir/
mat. i. ad Timo. i. ca. vbi ait. Gratias ago
ei q̄ me ꝯfortauit in xp̄o iesu dn̄o nostro: qꝛ
fidelem me existimauit: ponēs in ministe/
rio q̄ p̄us fui blasphemus ⁊ ꝑsecutor. Sꝫ
misericordiā ꝯsecutus sum. qꝛ ignorans fe
ci in incredulitate. Et ad Gal. i. ca. inquit
Audistis em̄ cōuersationē meā in iudais/
mo: qm̄ supra modū ꝑsequebar ecclesiam
dei ⁊ expugnabā illam. ⁊ ꝓficiebam in iu/
daismo sup̄ multos coetaneos meos in ge
nere meo. abundātius emulator existens
paternaꝝ meaꝝ traditionū: vt inquit Ni/
colaus de lyra sup̄ hoc passu. Apud iude/
os erant aliqua tradita patrib⁹ a moyse. i.
que scripta sunt in lege. Et aliqua erāt tra
dita a patrib⁹ aliis minorib⁹ que vocabānt̄
traditiones senioꝝ. vt p̄ꝫ Math. v. ca. et
ambaꝝ traditionū erat ap̄ls zelatissimus
ante suā ꝯuersionem. ¶ Secundo miseri/
corditer actū fuit cū Paulo ꝓpter meritū.
Nam ſm Aug. in sermone: dū stephanus
lapidaret̄ nō oꝛōe quā fecit ꝑ his q̄ ad ei⁹
necem insistebant singulariter orauit pro
Paulo quē ꝯspiciebat ꝯtra se plus ceteris
corde ⁊ animo deseruire: nō ei poterat ma/
nu illum lapidib⁹ duris ferire. quia nō spe
ctabat nisi testibus aliquē lapidare. Ta/
men paulus illoꝝ retinens vestimēta ani/
mabat eos vt viriliter extinguerent inno/
centē. ¶ Tercio remissionē ⁊ gr̄aꝫ inuenit
paulus ꝓpter exemplū: vt sic in ipso tanq̄ꝫ
in speculo clare peccatores ītuerent̄ magni
tudinē misericordie dei. De hoc. i. ad Ti/
mo. i. ca. ita scripsit. Fidelis ſmo ⁊ omi ac
ceptione dignus. quia iesus christus venit
in hunc mundū saluos facere peccatores
quoꝝ p̄mus ego sum. Sed ideo misericor
diam consecutus sum: vt in me p̄mo osten
deret christus iesus oēm patientiam ad in
formationem eoꝝ qui credituri sunt illuꝫ
vitam eternā. ¶ Quinto dubitat̄ circa li/
beri arbitrij dispositionē. an vicꝫ fuit libe/
rum arbitriuꝫ eius violentatū. Ad quod
intelligendum notanda est illa sententia
sancti Bonauen. in. ij di. xxv. de q̄ua plene
dixi in quadragesimali de penitentia ſmo
ne p̄mo. ꝙ aliud est voluntatē induci: aliud
voluntatem mutari. aliud voluntatem co
gi. Tunc em̄ induci dicit̄ quando aliqua
persuasio ei fit qua disponit̄ vt ad aliquod
appetibile inclinet̄: que si valde intensa est
nomen coactionis sortitur. ꝙuis nō fit ve/
ra coactio. Tunc autē voluntas mutatur
quando ipsa nolente vim potenti virtute
affectio ei īmittit̄ in contrariū ⁊ de nolen/
te fit volens: ita ꝙ vna affectio expellitur
⁊ contraria inducitur. Sicut cum deus
amatorē temporaliū facit temporaliū con
temptorē. Tunc autē voluntas dicit̄ co/
gi quando intelligit̄ ipsam inuitam aliq̄d
velle ⁊ repugnante actu voluntatis deli/
beratiuo: aliena ꝟtute mouēte ⁊ repugnā/
tia manente ad aliquid inclinari nolendo
Volūtas igitur cogi nō potest ab aliquo:
sed induci ab agente creato: ⁊ mutari va/
let ab agente increato. Quare ⁊ liberū ar/
bitrium pauli nō fuit coactum: sed bn̄ im/
mutatum: ⁊ de nolente factum est volens
¶ Sexto dubitaur circa discipuloꝝ distin
ctionem. Nam dicit̄ ꝙ Paulus perseque/
bat̄ discipulos. Ex hoc querūt aliqui: qui
erant isti discipuli. Et dicit Nico. de lyra:
ꝙ erant om̄es credentes in christū. Nam
discipuli aliquādo dicunt̄ duodecim apo/
stoli. sicut ibi Math. xix. ca. Assumpsit ie
sus duodecim discipulos suos ⁊c̄. Aliquā
do septuagintaduo. sicut Luce. vlti. Duo
ex discipulis ibant ipsa die ⁊c̄. Aliquādo
om̄s fideles. Nam vt Eusebius tradit in
hystoria ecclesiastica. ⁊ habet̄ insup̄ Act.
xi. ca. Anteq̄ꝫ ecclesia congregaret̄ Antio/
chie: omnes credentes discipuli noiabant̄.
At vbi credentiū numerus ibi multiplica
tus fuit: christiani noiare ceperunt. ¶ Se/
ptimo dubitat̄ circa potestatis acceptionē
Quō cum iudei nullā haberent potestatē

paulus potuit a pͥncipe sacerdotũ illã ipe/
trare. Ad qd̃ rñdet Nico. de lyra. ꝙ iudei
habebãt ptãtē subdelegatã a romanis ꝓ
criminibꝫ in legẽ eoꝝ ꝯmissis. Nam Ste
phanũ more iudiciario lapidasse dicũt: qñ
testes depositis vestibꝫ lapidabant eũ. Et
in hoc suabant ordinẽ iudicij in lege statu
tũ ꝙ scꝫ testes essent pͥmi lapidatores. Dũ
itaqꝫ paulus videbat q̃ fiebant ꝑ aplo̅s ti
mens antiquã legẽ in q̃ nutritus erat eua
cuari. ira succensus lr̃as impetrauit: a duo
cauitqꝫ famlo̅s ꝛ socios negocij sui. Eamꝰ
inq̇t fratres eamus ꝯcito gressu in dama/
scũ inueniemus ibi illos destructores nr̃o
rũ traditionũ: ligabimusqꝫ eos affligemusqꝫ
verberibꝫ ꝛ ieiunijs atqꝫ in hierl'm ꝑducē/
mus. O paule quid cogitas. O paule q̇d
loqueris. O paule cur tanto indiscreto fer
uore moueris. Tu cape ꝓponis ꝛ eris ca/
ptus. Tu ꝯtra discipulos paras manũ. et
deus manu sua te trahet ad gremiũ disci/
puloꝝ. ꝛ nomen xp̄i ꝯfundere satagis: ꝛ ne
scis adhuc ꝙ in breui ꝓ noĩe illo paratissi/
mus eris ligari ꝛ mori: nõ ẽ ꝯsiliũ ꝯ dñm.

¶ De cõuersione pauli ꝛ septẽ mirabilibꝫ
que ꝯcurrerũt in illa. Caplm. II.

Secundum mysteriuz ꝯtemplandũ de paulo dr̃ ꝯuer/
sionis. Fuit quippe ꝯuersio eius
miranda ꝛ singularis maxie ꝓpter septẽ q̃
ibi ꝯcurrũt.

¶ Primum fuit illustratio.
¶ Secundum ꝓstratio.
¶ Tercium allocutio.
¶ Quartũ excecatio.
¶ Quintum visitatio.
¶ Sextum illuminatio.
¶ Septimum cofortatio.

¶ Primũ qd̃ ꝯcurrit in ꝯuersione pauli dr̃
illustratio. Dicit̃ eñ Act. ix. ca. Cũ iter fa
ceret cõtigit vt appropinquaret damasco
Remigius inquit. Damascus est ciuitas
metropolis syrie quã edificauit damascꝰ
Heliezer seruus Abrae. Sequit̃ textus.
Et subito circũfulsit eũ lux de celo. De ista
luce posset q̇s asserere ꝙ fuerit irrũpentis
aurore vel solis orientis ꝛ hmõi. Sed ꝓfe
cto ipe paulus cuius fuit ꝯditionis ꝛ quo
ꝑe visa sit aptissime declarauit. Act. xxvi
ca. Loquens naqꝫ cũ agrippa dixit. dũ irẽ
damascũ cũ ptãte ꝛ ꝑmissu pͥncipũ ꝛ sacer
dotũ die media, in via vidi o rex supra splẽ
dorem solis circũfulsisse me lumen ꝛ eos q̇
mecũ erant. Act. ꝓo ca. xxij. dixit ꝙ lux illa
fuit copiosa. ¶ Secundũ qd̃ ꝯcurrit in cõ
uersione pauli dr̃ ꝓstratio. Cecidit eñ in
terram. vt ptꝫ Act. ix. c. Et ca. xxvi. paulꝰ
retulit. Omesqꝫ nos cũ cecidissemus in ter
ram q̃re videt̃ ꝙ ꝛ socij eius fuerũt ꝓstrati
versus faciẽ ẜm glosam. ¶ Terciuꝫ qd̃ in
tali ꝯuersione ꝯcurrit dr̃ allocutio. Nã au
diuit vocem loquentẽ idioma hebreũ: vt
scribit̃ Act. xxvi. c. ꝛ dicentẽ. Saule saule
cur me ꝑsequeris. Hec vox fuit pͥmo rep̄/
hensiua eo ꝙ Saulus ꝑsequebat̃ xp̄m in
mẽbris suis. Scd̃o fuit instructiua. Que/
rẽti eñ q̇s es dñe. Rñdit xp̄s. Ego sum ie
sus nazarenus quẽ tu ꝑsequeris. Ubi no/
ta ꝙ qꝛ ex luce sũma ꝛ ex alto situ celi in q̃
ꝛ in q̊ sibi apparebat. ꝛ exinde saulũ ꝛ eius
socios terribiliter ꝓsternẽte: aperte se inge/
rebat ei maiestatiuũ ꝛ oĩpotentẽ. Ideo su
am humilẽ originẽ ẜm quã fuit nazarenꝰ
id est in nazareth ꝯceptus ꝛ nutritus ei in
sua reuelatione specialiter exꝑmit: vt ostẽ
dat ꝙ ille idẽ q̇ fuit inter iudeos humilis ẽ
ad cecos in tanta gl'ia tanqꝫ dei filius ex/
altatus. ꝓpterea xp̄s subdidit. durũ ẽ tibi
ꝯtra stimulũ calcitrare. i. potẽtiori te incõ/
pabiliter resistere. Tercio vox illa ꝛ allocu
tio fuit p̄ceptiua. Tremens q̇ppe paulus
ac stupens de cognita xp̄i potestate ac ma
iestate: totus ꝯpunctus dixit. Dñe q̇d me
vis facere. quasi dicat. ecce nunc paratus
sum tibi in oĩbꝫ obedire. Cui xp̄s. Surge
ꝛ ingredere ciuitatẽ ꝛ dicet̃ tibi q̇d te opor
teat facere. Socij aũt stabant stupefacti:
audientes q̇dem vocẽ neminẽ aũt viden
tes. Hic aliquantisꝑ imoderandũ est: qm̃
Act. xxij. c. paulus dixit. Et q̇ mecũ erant
lumen q̇dem viderũt: vocẽ tñ nõ audierũt
eius q̇ loquebat̃ mecũ. videt̃ ꝙ hic sit aliq̃
cõtradictio: qꝛ pͥus dr̃ ꝙ audierũt vocem,
postea Paulꝰ affirmabat ꝯtrariũ asserẽs
ꝙ vocẽ nõ audierũt. Ad h̊ ita loq̇t̃ Beda
suꝑ actus aplo̅ꝝ: ꝙ ꝯfusum vocis sonum
nõ aũt articulatã eiꝰ distinctionẽ audiert̃.
Et ꝯsilr̃ viderũt lucẽ a xp̄o irradiantẽ: nõ
aũt sui corꝑis formã ꝛ faciẽ. Paulus ꝓo ꝛ

vidit xp̄m ⁊ distincta verba eius audiuit.
¶ Quartū qđ ↄcurrit in illa ↄuersione dr̄
corpis excecatio. Surrexit aūt paulus de
terra aptisq; oculis nihil videbat. Ad ma
nus itaq; socij trahētes illū introduxerūt
damascū. Et erat ibi trib9 dieb9 nō vidēs
⁊ nō manducauit neq; bibit. In h̄ triduo
ait beda paulū orōi vacasse: fuisseq; raptū
vsq; ad terciū celū. Idē refert Nico. de ly.
sup scd̄a epl'a ad Chorint. c. xi. Sunt aūt
Bede vener. verba hmōi: apparet ꝙ ꝑ tri
duū q̊ creatus lucis grām expectabat nō
ocijs torpebat: sȝ diuina potius illustrtiōe
sublimat9 archana celestia rimabat. Est
q; nisi fallor credibile: ꝙ eo tp̄e mysterium
euāgelice dispēsationis edoctus fuerit de
q̊ ipse gl'ia t ad Galathas dicēs Neq; em̄
ego ab hoie accepi illud neq; didici: sȝ ꝑ re
uelationē iesu xp̄i. Hec ille. ¶ Quintū qđ cō/
currit in ↄuersione pauli fuit ei9 visitatio.
Nā instruxit xp̄s ananiā vt paulū visita/
ret. scribit em̄ Act. ix. c. sic. Erat aūt q̊daȝ
discipulus damasci noie Ananias. hic vt
hr̄ Act. xxij. c. erat de iudeis ad xp̄m ↄuer/
sus sciā ⁊ vita famosus. Et dixit ad illum
in visu dn̄s. Anania. At ille ait. Ecce ego
dn̄e. Et dn̄s ad eū. Surge vade in vicū q̊
vocat rectus. ⁊ q̄re in domo iude Saulū
noie tharsensem. Ecce em̄ orat ⁊ vidit. i. si
bi reuelatū ē: viꝝ anania noie. Nā reuela/
tio fuit facta paulo nō solū de ꝑsona sed đ
ꝓprio noie: introeūtē ⁊ iponētē sibi manū
vt visum recipiat. Timēs ananias r̄ndit.
dn̄e audiui a multis de viro h̄ q̄ta mala
sctis tuis fecerit in hierl'm ⁊ q̄re huc se cō/
tulit. Cui dn̄s Vade anania qm̄ vas electi
onis ē mihi: vt portet nomē meū corā gen/
tib9 ⁊ regib9. Ego aūt ōndā illi q̄ta opor/
teat eū pati ꝓ noie meo. Et abijt ananias
⁊ introiuit in domū ⁊ imponēs ei manū di
xit. Saule frater dn̄s iesus ad te me misit
q̊ apparuit tibi in via q̄ veniebas vt vide
as ⁊ implearis spū scto. ¶ Sextū qđ ↄcur/
rit in ↄuersione pauli fuit illūinatio. Cōfe
stim nāq; ceciderūt tanq̄ squame ab ocul'
ei9 ⁊ visū recepit: ⁊ surgēs baptizatus est.
¶ Septimū qđ ↄcurrit in illa ↄuersiōe fu/
it ↄfortatio. Cū accepisset cibū ↄfortat9 est
duplici ↄfortatiōe. s. corpis ⁊ spūs. Qđ pȝ
q2 cōtinuo ingressus in synagogas p̄dica/

bat iesum ⁊ iudeos viriliter confundebat
Hec oīa facta sūt eodē anno q̊ xp̄s passus
est ⁊ stephanus lapidatus. Nā xp̄s. viij.
kal. april' passus est. Stephanus eodē an
no tercia die augusti lapidatus ē. Paul9
v'o. viij. kal. februarij ↄuersus ē. Et vt re/
fert Nico. de ly. nō statim post baptismuȝ
suū iuit de damasco in hierl'm: sicut ip̄e di
cit ad Gal'. i. c. Sȝ p9 abijt in arabiam q̄
lustrata p̄dicando: reuersus est damascū.
Et in ista reuersione voluerūt eū iudei ca
pere: ⁊ ꝑ muꝝ euasit submissus in sporta.
Deinde iā trib9 annis a sua ↄuersione de/
cursis ascēdit in hierl'm videre petꝝ ⁊ mā
sit apud eū dieb9 trib9. Ubi sunt o Paule
dure cōminationes tue. Ubi ↄtumeliosa
v'ba q̊b9 discipulos afficiebas. Ubi cathe
ne q̄s deferebas vt vinctos illos in hierl'ȝ
ꝑduceres. Mutat9 es in alterꝝ viꝝ. Hec
vtiq; ē mutatio dextere excelsi. Factus es
euāgelica tuba: xp̄i p̄co ⁊ inuictissimus mi
les religionis xp̄iane. Non times labores
nō honores ꝑicula: nō vitas plagas: nō fu
gis mortē. Tu ꝓ xp̄o: vt. ij. ad Corint. c. xi
pȝ. fuisti in laborib9 plurimis. Tu in car
ceribus abundantius. Tu in plagis supra
modū. O q̄ta ↄstātia: q̄taue fuit ei9 aīe
fortitudo. A iudeis q̊nquies q̄dragenas
vna minus accepit. Refert Nico. de lyra.
sup hoc passu. ꝙ Deut. xxv. c. cōmittit iu/
dicib9 vt ꝓ minorib9 culpis ꝓ quib9 mors
nō est inferenda imponāt plagas ⁊ verbe/
ra: ita tn̄ ꝙ q̄dragenariū numeꝝ ictuum nō
excedant. Sapientes vero iudeoꝝ ad pre
tendendū pietatem ordinauerūt: ꝙ de illo
numero aliquid minueret plus vel min9:
ꝓut rōnabiliter videret ratione delicti vel
ↄditionis verberādi: ⁊ sic de alijs circum/
stantijs. Quia vero Paulus erat eis odio
sus sbtraxerūt de dicto nūero q̊nq̊es vnū
ictū ꝓ vice qualibet. Ter virgis cesus fuit
sicut pȝ Act. xvi. ca. Semel lapidatus fu
it in ciuitate lichonia. vt ponit. Act. xiiij.
c. Ter naufragiū fecit. Et ne singula repe
temus ꝓ xp̄o in vrbe maxima capitis trū/
catione gl'iosum martyriū ↄsūmauit.

¶ De raptu Pauli in quo vidit essentiaȝ
dei: ⁊ de conditionibus illius raptus.
Capl'm. III.

TErcium mysteriū con
templandū de paulo dicit visio
nis. Uoluit qͥdē benignus deꝰ
ex p̄uilegio speciali concedere Paulo vt
in suo rapto diuinā essentiam videret: de
quo ipse ita scribit secūde ad Chorint. ca.
xij. Scio hoiez in xp̄o ante ānos quatuor
decim siue in corpore siue extra corpus ne
scio deus scit rap ū hm̄oi vsq̄ ad tercium
celum. Et scio hm̄oi hoiem siue in corpore
siue extra corpus: nescio d̄s scit qm̄ raptus
est in paradisum ⁊ audiuit archana dei q̄
nō licz homini loqui. Pro quoꝝ verborū
declaratione notāde sunt septē theologice
veritates. Prima veritas ſm Nico. de ly.
sup isto passu. ꝙ raptus ꝓprie importat q̄n
dam violentiam alicuius rei ꝯtra motū
naturalem sibi: quod potest esse dupliciter
Uno modo q̄ntum ad terminū motus vt
si lapis moueat sursum. Alio modo q̄ntū
ad modum motus vt si lapis ꝑ impulsū
violentū ferat deorsuz velocius q̄ȝ natus
est moueri. Sic aīa homis dicit rapi in id
qđ est p̄ter naturā. Uno modo q̄ntum ad
terminū raptus puta qn̄ rapit ad penas.
Alio modo q̄ntum ad modū hoī ꝯnatura
lem. Et sic licz aīa nata sit moueri in deuz:
tn̄ modus ꝯnaturalis ſm statum vite pn̄
tis est ꝙ in cognitionē diuinā ascendat ꝑ
cognitionē sensibiliū ⁊ sic vtens sensibus:
ideo qn̄ ducit in cognitionē diuinoꝝ a sen
sibus abstractam dicit rapi: inq̄ntum hoc
fit p̄ter modū sibi cōnaturalē. Post resur/
rectionē vero qn̄ erit in corꝑe gl'ioso opus
intellectiue nullo modo impediente rap/
tus nō habebit ibi locum. ¶ Secūda veri
tas ꝙ paulus in raptu vidit essentiam di/
uinam: Sicut determinat Augu. ad pau
lam de videndo deū: ⁊ in. xij. sup Gen̄. ad
lr̄am qđ ⁊ verba apl'i designant. dicit em̄
se audiuisse ineffabilia verba que nō licet
hoi loqui. huiusmodi aūt videt ea que ꝑti
nent ad visionē beatoꝝ que excedit statū
vie: ſm illud Esa. lxiiij. Oculus nō vidit
deus absq̄ te que p̄parasti diligentibus te
Quare spernendi sunt illi q̄ dixerūt pau/
lum nō vidisse ipsam dei essentiā: s; quan/
dam refulgentiā claritatis ipsius. ¶ Ter/
tia veritas ſm Tho. sc̄da secūde. q. clxxv.
ꝙ diuina essentia videri ab intellectu crea
to nō potest nisi per lumen glorie: qđ tamē
dupliciter ꝑticipari potest. Uno modo ꝑ
modū forme imanentis ⁊ sic beatos facit
sanctos in patria. Alio modo ꝑ modū cu/
iusdam passionis transeūtis: ⁊ hoc modo
lumen fuit in paulo qn̄ fuit raptus. Et iō
ex tali visione non fuit simpliciter beatus
vt fieret redūdantia ad corpus: sed solum
ſm quid. Et sic nō fuit beatus habitualr
sed solum habuit actum beatoꝝ. ¶ Quar
ta veritas ꝙ noie tercij celi potest intelligi
aliquid corporeū: ⁊ sic terciū celum est em
pirreū qđ dicit terciū respectu celi aerei et
celi siderei: vel respectu celi siderei: ⁊ respe
ctu celi aquei siue cristallini. Et dicitur ra
ptus ad terciū celum: nō q2 raptus sit ad
videndū similitudinē alicuius rei corpo/
ree: sed ꝓpter hoc ꝙ locus ille est ꝯtempla/
tionis beatoꝝ. Ibi ergo dicit se raptum. q2
deus ostendit ei vitam in qua videndus ē
in eternum. Et quia visio dei nō potest esse
sine delectatione, ꝓpterea nō solum se dicit
raptū ad tercium celū rōne ꝯtemplatiōis
sed esset in paradisum recte delectationis
ꝯsequentis. ¶ Quinta veritas ꝙ paulus
in raptu fuit a sen ibus ali naꝰ. Nam vt
inquit Augu. xij. sup Gen̄. ad lr̄am. Nisi
ab hac vita quisq̄ q̄dāmodo moriat siue
oīno exiens de corꝑe siue aduersus ⁊ alie/
natus a sensib; in illā nō subuehit visionē
Rō est ſm Tho. q2 oportet cū intellectus
hois eleuat ad altissimam dei essentie visi
onem: vt tota mentis intētio illuc aduocet
ita scz ꝙ nihil intelligat aliđ ex fantasma/
tib;: sed totaliter ferat in deū. Non em̄ per
aliqđ fantasma pōt dei essentia videri q̄n
imo nec ꝑ aliquē spēm intelligibilē creatā
q2 essentia dei in infinitū excedit nō solum
oīa corꝑa quoꝝ sunt fantasmata: sed etiā az
oēm intelligibilē creaturā. Ideo impossi/
bile est ꝙ hō in statu vie videat deū ꝑ essen
tiā sine abstractione a sensib;. Notandū tn̄
ꝙ aīa xp̄i in statu vie videat diuinā assen/
tiā absq̄ abstractione a sensib;. Nā intelle
ctus illius aīe erat gl'ificatus ꝑ habituale
lumē gl'ie q̄ diuinā essentiā videbat m'lto
amplius q̄ȝ aliq̄s angelꝰ vel hō. Erat aūt
viator ⁊ dispensatiue patiebat nō ꝓpt ali/
quē defectū ex parte intellectus. Ideo nō
est similis ratio de eo et alijs viatoribus.

¶ Sexta veritas ꝙ Paulus postq̄ cessa/
uit videre deū ꝑ eētiā: memor fuit illorū
q̄ ī illa visiōe cognouerat ꝑ aliq̄s species
intelligibiles habitualiter ⁊ h̄ in eiꝰ intel/
lectu relictas. sic̄ etiā abeunte sensibili re/
manent aliq̄ impssiones in aīa: q̄s postea
ꝯuertens ad fantasmata memorať. Vn̄
nec totā illā cognitionē aut cogitare pote
rat aut ꝟbis expmere. hec Tho scda scde
q. vbi supra. arti. iiij. in respōsione ad terti
um argu. ¶ Septima ꝟitas ꝙ lꝫ aīa Pau
li fuerit a fantasmatibꝫ ⁊ sensibiliū ꝑceptio
ne abstracta. nō tn̄ fuit ita a corꝑe seꝑata:
vt ei nō vniretť q̄si forma. lꝫ de h̄ dubitari
possit ꝓpter ipius apl'i ꝟba q̄ ait. siue ī cor/
pore siue extra corpꝰ nescio ds̄ scit. Hoc
aūt vt Hiero. ait in ꝓlogo sup Danielem
q̄dā intelligere voluerūt ꝙ apl'us ignora/
bat an corpꝰ eiꝰ fuerit raptū simul cuꝫ aīa
vel nō. Sꝫ Augꝰ. xij. sup Gen̄. ad lr̄am di
cit ꝙ apl'us sciuit se fuisse raptū ſm aīam
⁊ nō ſm corpus. nesciuit tn̄ q̄liter aīa se ha
beret ad corpus. Vn̄ post longā inq̄sitio/
nē Augꝰ. ꝯcludit dicēs. Restat fortasse vt
h̄ ipm̄ eū ignorasse intelligamus. vtrū qn̄
in tertiū celū raptus est in corꝑe fuerit aīa
quō est aīa in corꝑe cū corpus viuere dr̄: si
ue vigilantis: siue dormiētis: siue in extasi
a sensibus corꝑis alienati: an oīno d corꝑe
exierit vt corpus mortuū iaceret. Sed vt
idē Augꝰ. postmodū refert dubitāte apl'o
q̄s vestrū inde certus esse potuit. vn̄ q̄ sup
hoc loquiť magis cōiecturaliter q̄ꝫ ꝑ certi
tudinē loquiť. Ex his apparet q̄ꝫ repheu/
sibiles inueniunť hi q̄ bonoꝝ tꝑalium fal
sa, venosaq̄ꝫ dulcedine decepti: alienā vi/
tam felicitatēq̄ꝫ ꝓmissam: aut negant aut
acq̄rere nolunt. O q̄ꝫ magna multitudo
dulcedinis tue ds̄. O iocūda facies tua ⁊
decora nimis. O beati q̄ habitant in do/
mo tua. Ostendisti te Paulo doctori gen
tiū: sicut ⁊ moysi p̄mo doctori iudeoꝝ. Vo
luisti vt ille a te electus nō solū audita: sꝫ
visa referret. Et vn̄ in ea tantus feruor tā/
ta cōstantia tāta solicitudo tanta diligen/
tia tāta deniq̄ꝫ patiētia: nisi q̄r te viderat
in via cui te exhibuisti ſm humanitatē: lꝫ
imensa luce rutilantē. Et tandē ad tertiū
celū rapto demonstrare dignatus es diui
nitatē tuā. clamat Paulus. Cupio dissol/
ui ⁊ esse cū xp̄o. Et mihi viuere xp̄s est et
mori lucꝝ ad Philippen̄. i. ca. Cur o pau
le nisi q̄r illa est vera vita illa q̄eta: illa trā
quilla: illa pacifica: illa delitiosa: illa ꝑpe/
tua: illa deniq̄ꝫ oībus bonis repleta q̄ leq̄/
tur post mortē ꝓ xp̄o: ⁊ ad quā ꝑuenire nō
possunt nisi q̄ moriunť cū xp̄o. Hāc Pau
lus p̄dicauit: hāc desiderauit: hāc tandē
gloriose adeptus est. Ad quā nos ꝑducat
Jesus filius dei qui viuit ⁊ regnat in secu
la seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo tricesimustertius de p̄matu sā/
cti Petri apl'i ⁊ de illiꝰ eximijs virtutibus
atq̄ꝫ de ipius Petr. ⁊ Pauli martyrio.

Tu es petrus. verba
sunt redēptoris nostri origi/
naliter Mat. xvi. c. ⁊ in euā/
gelio pn̄tis solēnitatis. Ruti
lantia fedei xp̄iane miracula satis in vrbe
maxima claruerūt. Inter q̄ illud vnū per
admirandū fuit ꝯuersio videlicet gentiuꝫ
Romanoꝝq̄ꝫ ciuiū facta ꝑ apl'oꝝ Petri et
Pauli p̄dicationē. Erāt ibi tot supstitio/
nes noxie. tot ad idola vana ⁊ ad demōes
sacrificia. tot extructa artificio mirabili tē
pla falsoꝝ deoꝝ ⁊ alia hmōi: q̄ oīa Petro ⁊
Paulo p̄dicātibus defecerūt. Ibi nūc co/
litur crucifixus ds̄ ⁊ hō verus q̄ sedet ad
dexterā patris. Ibiq̄ꝫ sacra templa dei ve
ri ⁊ ꝟginis matris. apl'orū martyꝝ virgi/
nū ⁊ cōfessoꝝ a cunctis fidelibus frequen
tanť. Ibi sedes petri a cunctis fidelibꝫ re/
gibus ⁊ p̄ncipibus deuotione p̄cipua ho/
norať. Ob q̄d leo papa in sermone festiui/
tatis hodierne ita elegāter romani alloq̄/
tur. Omniū q̄dem sanctaꝝ solennitatum
charissimi totus mūdus ē ꝑticeps: ⁊ vniꝰ
fidei pietas exigit vt q̄cq̄d ꝓ salute vniuer
sorū gestum esse recoliť: cōmunibus vbiq̄ꝫ
gaudijs celebreť. Verūtamē hodierna fe
stiuitas preter illā reuerentiā quā toto ter
rarū orbe ꝓmeruit speciali ⁊ ꝓpria nr̄e vr/
bis exultatione veneranda est vt vbi p̄ci/
puorum apostoloꝝ glorificatus est exitus
ibi in die martyrij eoꝝ sit leticie principa/

tus. Isti sunt eni viri p quos tibi euange/ liu xpi roma resplenduit: z que prius eras magistra erroris: facta es discipula verita tis. Isti sunt sancti patres tui veriqz pa / stores: qui te regnis celestibus inserenda multo melius multoqz felicius cōdiderūt q̄ illi quoꝝ studio pma meniū tuoꝝ fun/ damenta locata sunt: e q̄bus is tibi nomē dedit q̄ te fraterna cede fedauit. Isti sunt qui te ad hanc gloriā puexerunt vt sis ci/ uitas sacerdotalis z sancta: z p sanctā be/ ati petri sedem caput totius orbis effecta latius p̄sidens religione diuina q̄ domi/ natione terrena. Quamuis eni ius impe rij tui terra mariqz distenderis: minus ta men est qd tibi bellicus labor subdidit q̄ qd pax xpiana subiecit. hec Leo. Ut autē tantoꝝ beneficioꝝ veritatē plenius agno/ scam⁹ d ipo aploꝝ pncipe petro pncipalit z demū de ipo z paulo in hoc sermone ver ba faciemus. Dicere q̄dem possumus cū xpo verba pposita. Tu es petrus. id est. in ter aplos ɔfessor fidei singularissimus qui z vrbi z toti mundo lumen euāgelicū ptu listi. vbi de ipso sanctissimo petro tria my / steria pponimus cōtemplanda.

¶ Primū dicit p̄eminentie.
¶ Scdm refulgentie.
¶ Tertium patientie.

¶ Q. beatissimus Petrus princeps apo/ stolorum fuit et dignissimum caput eccle/ sie.

Capitulū. I.

PRimū mysteriū contē plandū de btō petro dr p̄eminē tie in q̄ cōsideremus dignitatē eius ex eo q fuit pnceps z caput aploꝝ qd pbare possumus tripliciter.

¶ Primo rōne testificationis.
¶ Scdo rōne ordinationis.
¶ Tertio rōne exercitationis.

¶ Primo probamus Petrum fuisse apo stolorum caput z pncipem ratione testifi / cationis. Ita quippe testificātur canones sacri. Sicut patet vicesimaprima distin ctiōe capitulo pmo. §. hoꝝ discretio. z ca pitulo in nouo. z q̄nquagesima distinctio ne capitulo quia tua. capitu. hi qui. z scdo capitulo. considerandum capitulo fideli/ or. septuagesimanona distinctione. capitu lo. oportebit. octogesima distinctione in il/ lis. prima questione pmo capitu. eos. ter / tia questiōe sexto capi. dudum. septima. q. pmo capi. mutationes. octaua q. pmo ca. si Petrus. vicesimaq̄rta. q. pmo capi. roga mus. Et de electione. capi. fundamenta. li. vi. Et q papa canonice electus est suc/ cessor Petri vt patz. vicesimapma distin. capi. in nouo testamento. Et. ix. q. iij. ca. aliorum Ideo est caput ecclesie vt dicitur nonagesimasexta distin. capi. cōstantinus Et est vicarius christi vt ponitur extra de trāsla. episcopi. ca. inter corporalia. z capi. licet. Et in clemētina. Romani principes de iureran. Et gerit vicem dei in terris vt habetur extra de trāsac. ca. quāto. ¶ Se cundo probamus Petrum fuisse aposto / lorum z totius ecclesie caput ratione ordi natiōis. Sic vtiqz statuit christus vt post q̄ ipe conscenderet celum Petrus curam gereret ecclesie sancte. Nā sibi dixit Mat thei. decimosexto capitulo. Tibi dabo cla ues regni celorum: ad designādum q om nes alij quibus potestas ligandi atqz sol/ uendi concedende erat dependentiam ha berēt ab ipso. vt scribitur. vicesimaquarta questione ca. Manet. ca. quodcūqz. In/ sup Luce vicesimosecundo capitulo dixit christus bñdictus. Ego pro te rogaui Pe tre vt non deficiat fides tua. s. finaliter fm Nicolaum de lira. Non enim rogauit vt Petrus non caderet sed vt in casu non re / maneret. Ideo sequitur Et tu aliquando cōuersus. i. de peccato ad gratiam: confir/ ma fratres tuos. Quod dicitur ei quia ec clesia erat sibi committenda. Impletum vero id fuit quando vt dicit Jo̅his vl. ca. ter christus illi dixit. Pasce agnos meos. ¶ Tertio pbamus petrū fuisse aplis cete ris z ecclie p̄latum rōne exercitationis. vt scribit Act. i. ca. Primus sermonē fecit in electiōe matthie. Et Act. ij. ca. post susce/ ptum spm̄sctm̄ pmus xplo p̄dicauit. Ido Anacletus p̄allegato ca. in nouo testamē to ait. Petrus pmus ad fidē populū ptu/

te sue p̄dicationis adduxit. Et post ascen sionē xp̄i p̄mum miraculū factū fuit p pe trum associatū cum Johāne cū dixit clau do. Argentū z aurū nō est mihi: qd̄ habeo hoc tibi do. In noie Jesu surge z ambula ꝓpter q̄ oīa nō est ascribendū supbie q̄ pe trus sit passus in cathedra exaltari. Cum humilitate q̄ppe honorem sue dignitati a xp̄o vt p̄dictum est institute libenter susce pit. Nam vt colligit ex itinerario clemētis Postq̄ beatus petrus Anthiochie p̄dica uit: populūq̄ illū ad fidē couertit. Theo philus p̄nceps ciuitatis illius domū suaz in basilicā fecit cōsecrari. In cuius medio excelsam cathedrā fabricauerūt z petrum vt ab oībus videri z audiri posset exalta uerunt. In q̄ sedit honorifice tēporibus cō gruis annis septem. Sz postmodū veni ens Romā anno scdo imperij Claudij in romana cathedra sedit annis vigintiqn q̄ et vltra. De primo vero honore ecclesia festum celebrat: quia tunc p̄mo prelati ec clesie ceperunt loco potestate z nomīe sub limari. Ex quibus omnibus deprehende re possumus q̄ reprehensibilis sit multo rum igorantia: temeritas z malicia qui p̄ latos ecclesie precipue pōtificem mi ximū: despectos: viles: contemtibilesq̄ inspice rent. Nam vt de papa loquar ipse a nemī ne est iudicandus nisi a fide deuiet vt pa tet quadragesima distinctione capitulo si papa Et debet quandoq̄ ornatus corona et vestibus preciosis populo se monstrare ad honorem et gloriam christi quoniā pa pe Siluestro et eius successoribus impe rator Constantinus dedit palatium suuz lateranense z coronam capitis z vestimē ta impialia. nonagesimasexta distinctiōe capitulo Constantinus. Et licet btūs Pe trus non legatur cum tanta magnificētia sedisse: tamē id fuit quia persecutio recēs z ingentissima impugnabat ecclesiā. Oō pater: quia ipse vt infra dicemus iubente Nerone crucifixus fuit. Unde Jsidorus in libro de vita et obitu sanctorū ait. Pe trus postq̄ anthiochenaz fundauit eccle siam sub Claudio Cesare contra Simo nem magum Romam pergit ibiq̄ predi cans euāgeliū viginti quinq̄ annis: eiusdem vrbis episcopatū tenuit. Et tricesi mosexto anno a passione domini a Nero ne vt ipse voluit crucifixus est.

¶ De abiectiōe rerum temporalium z cō fessione christi, atq̄ penitentia Petri. qui bus tanq̄ preciosis gemmis anima ei⁹ de corata fuit.

Capitulū. II.

Secundum mysteriū contemplandum de Petro apostolo dicitur refulgentie. Refulsit nanq̄ z virtutibus claruit: atq̄ ob sue vite sanctitatem z per fectionem signis plurimis z miraculis co ruscauit. Et omnibus alijs dimissis: tres in hac parte ꝟtutes eius prestantissimas consideremus.

¶ Prima dicitur honorum temporalium despectio.

¶ Secunda Jesu christi filij dei cōfessio.

¶ Tertia peccati commissi amara deplo ratio.

¶ Prima beati Petri virtus a nobis cō sideranda dicitur honorum temporalium despectio. vt enim scribitur Matthei. iiij capitulo. Ambulans iesus iuxta mare gali lee: vidit duos fratres Simonem qui vo catur Petrus z Andreā fratrem eius mit tentes rhete in mare. Erant enim piscato res. Et ait illis: Uenite post me faciā vos fieri piscatores hominuz. At illi continuo relictis rhetibus: secuti sunt eum. Sed a quibusdam queritur vtruz illa sit magis sm̄ virtutem possidere diuitias q̄ illas re linquere. Et pleriq̄ paupertatem domi nantes arguūt. Primo quia nullus debet exponere se periculo. Sed qui pauperta tem sectatur: exponit se periculo spirituali z corporali. ergo non licz relictis omnibus pauperem vitā gerere. Nam sapiens Pro uerbiorū. capitulo tertio dicebat. Ne forte egestate compulsus: furer et periurem no mē dei mei. Et Ecclesiasti. vicesimosepti mo. Propter inopiam multi deliquerunt. Et Ecclesiastici. vij. ca. Sicut ꝓtegit sapi entia: sic ꝓtegit et pecunia. Et Aristo. iiij.

Ethicorũ. Videt̃ q̃dam ꝑditio ipius ho
minis esse corruptio diuitiaꝝ: qꝛ ꝑ has ho
mo viuit. Sunt ⁊ de hoc alie auctoritates
q̃s inuenies in sermõe de cõtemptu diui/
tiarũ. Scḋo arguit̃ contra pauꝑtatem qꝛ
ſm Aristo. in. ij. Ethicoꝝ. Virtus cõsistit
in medio: sed ille q̃ oĩa dimittit ꝑ volunta
riã pauꝑtatẽ nõ videt̃ in medio consistere
sed magis in extremo. ḡ non agit virtuose
Tertio arguit̃ qꝛ vltima ꝑfectio hominis
in beatitudine cõsistit Sed diuitie confe/
runt ad beatitudinẽ. dꝛ enĩ Eccĩ. xxxi. Be
atus diues q̃ inuentus est sine macula. Et
Aristo. dicit in. i. Ethicoꝝ. ꝙ diuitie orga/
nice deseruiũt ad felicitatẽ. ḡ reliquere oĩa
⁊ viuere in pauꝑtate nõ est ſm virtutem.
Quarto arguit̃. nã dare elemosynã ẽ actꝰ
v̄tutis ⁊ deo gratus: sꝫ pauꝑtas excludit
elemosynaꝝ largitionẽ. ḡ videt̃ ꝙ pauper
tas nõ spectat ad v̄tutẽ. Cõtra ista est au
ctoritas Hiero. q̃ ait ꝯ Iouinianũ. Legũ
tur plurimi philosophorũ diuitias nõ tm̃
cõtempsisse. sꝫ etiã abiecisse q̃si impedimẽ
tũ sapie ⁊ v̄tutis. Et de his Lactãtiꝰ li. i.
diuinaꝝ insti. in q̃t. Nã ⁊ abiecisse quosdã
res familiares suas: ⁊ renũciasse vniuer/
sis voluptatibus ꝯstat. vt solã nudãq; vir
tutẽ nudi expeditiq; seq̃rent̃. Et Seneca
ĩ li. de moribꝫ ita seq̃t̃. Multis ad philoso/
phandũ obsistere diuitie: pauꝑtas aũt ex/
pedita secura est. Et de Socrate Hiero.
ad paulinũ notauit illud qḋ ponit̃. xij. q. ij
ca. Glĩa episcopi. §. socrates. Socrates ille
Thebanus hõ quondã ditissimus cũ ad
philosophandũ Athenas ꝑgeret: magnũ
auri pondus ꝓiecit. nec putauit se posse si/
mul ⁊ v̄tutem ⁊ diuitias possidere. Ad ꝑ
mum itaq; obiectuꝫ respondet Tho. scḋa
scḋe. q. clxxxvi. ꝙ ille q̃ oĩa dimittit ꝓpter
xp̃m nõ exponit se periculo: neq; spũali ne
q; corꝑali. Spirituale enĩ ꝑiculũ ex pauꝑ
tate ꝓuenit q̃n non est voluntaria: qꝛ ex af
fectu cõgregandi pecunias quẽ patiunt̃ il
li q̃ inuolũtarie sũt pauꝑes: incidit homo
in multa pctã. Iste aũt affectus deponitur
ab his q̃ voluntariã pauꝑtatẽ sequuntur
Magis aũt dñatur his q̃ diuitias possi/
dent. Corꝑale etiã ꝑiculũ nõ imminet ill'
q̃ intentione sequẽdi xp̃m oĩa relinquunt.

diuine ꝓuidentie se cõmittentes. Vñ Au
gusti. dicit li. de ſmone dñi in mõte. Que/
rentibus regnũ dei ⁊ iusticiã eius non de/
bet subesse solicitudo ne diuitie sibi desint.
ꝓpterea saluator nr̃ Luce. xxij. c. dixit disci
pulis suis. Qñ misi vos sine sacculo ⁊ pe
ra ⁊ calciamẽtis nũq̃d aliq̃d defuit vobis.
Ad scḋm argumentũ rñdet scũs Tho. ꝙ
mediũ virtutis ſm phm̃ in. ij. Ethicoꝝ ac
cipitur ſm rationẽ rectã nõ ſm quantitatẽ
Nã milo crotoniensis vnũ bouẽ comede/
bat in die non grauatus ex eo. hic fortissi/
mus erat ⁊ robustissimus valde. Aliꝰ aũt
frustro panis ſm sue nature conditionẽ su
stentatur. nõ accipit̃ ḡ mediũ v̄tutis inter
istos duos. vt. s. suꝑaddat̃ cui sufficit fru/
strũ panis ⁊ deinde diminuat̃ miloni. vt
tantũ vnus q̃ntum alter comedat. Sꝫ ac/
cipitur mediũ ſm ꝙ dictat rõ videlicet ꝙ
vnusq̃sq; comedat ſm ꝙ req̃rit cõditio cõ
plexiõis sue. Ideo q̃cq̃d fieri potest ſm ra
tionẽ rectã: est viciosum ex magnitudine
quãtitatis: sꝫ magis virtuosum. Esset au
tẽ p̄ter rõnem rectã si q̃s oĩa sua cõsumme
ret in intẽperantia. lasciuia. ꝯuiuijs ⁊ hu/
iusmodi vel absq; vtilitate. Est v̄o ſm ra
tionẽ rectã ꝙ aliq̃s diuitias abijciat vt cõ
templationi vacet atq; vt xp̃m ꝑfecte seq̃/
tur Ad tertiũ qḋ obijciebat̃ rñdꝫ sanctus
Tho. ꝙ duplex est beatitudo siue felicitas
Vna q̃dẽ ꝑfecta quã expectamus in futu
ra vita. Alia aũt imꝑfecta ſm quã aliq̃ di
cunt̃ in hac vita bti. Presentis v̄o vite fel
citas ẽ duplex. Vna quidẽ ſm vitã actiuã
Alia ſm vitã contemplatiuam. vt patꝫ ꝑ
Aristo. in. x. Ethicoꝝ. Ad felicitatem vite
actiue que consistit in exterioribus opera/
tionibus diuitie instrumentaliter coadiu/
uãt. qꝛ vt philosophus dicit in ꝑmo Ethi
corũ. Multa operamur ꝑ amicos ꝑ diui/
tias ⁊ ciuilem potentiam sicut ꝑ quedã or
gana. Ad felicitatem autẽ contemplatiue
vite diuitie non multum operantur sꝫ ma
gis impediunt inq̃ntũ sua solicitudine im
pediunt animi quietem que maxime ne/
cessaria est contemplationi. Et hoc est qḋ
philosophus dicit in. x. Ethicorũ. ꝙ ad ac
tiones multis opus est: speculanti v̄o nul
lo talium. s. exteriorum bonorũ. Ad futurã

vero beatitudinē ordinat aliquis p charitatem ad quā efficaciter perducit volūtaria paupertas. Propterea xp̄s dixit Math. xix ca. Uade ꝛ vende omnia que habes ꝛ da pauperibus ꝛ habebis thesaurū in celo. Ad quartū argumentū respondet Gregorius sup Ezechielē. Q̄ꝫ illi qui ex possessis rebus subsidia egentibus ministrāt in bonis que faciunt sacrificium offerunt ex eo ꝙ aliquid deo immolant ꝛ aliquid sibi reseruant. Qui vero nihil sibi reseruāt: offerunt holocaustū quod est maius sacrificio. Et si diceretur ꝙ sic relinquens omnia ꝛ viuens in paupertate: liberalis esse non potest: cum liberalitas in datione pecuniarum consistat. Respondet Franciscus in suo tractatu de virtutibus: ꝙ paup potest esse liberalis habitu genito ex actibus interioribus: quia si haberet gratis daret. Cuius signū est quia subito potest homo priuari bonis fortune: sꝫ nō bonis ꝟtutis.

¶ Q̄ꝫ Petrus cōfessus est xp̄i diuinitatē
¶ Secūda virtus Petri a nobis considerāda dicitur Jesu xp̄i filij dei cōfessio. Cū eni vt scribitur Mat. xvi. ca. interrogasset discipulos christus. Quem dicunt homines esse filiū hominis: ꝛ illi dixerūt Alij Heliā. Alij Hieremiā. Alij Johannē baptistam aut vnum ex ꝓphetis. In Hieremia dicit Nico. de lira fuit excellens patiētia in aduersis. In Helia zelus veritatis In Johē austeritas vite. Subdidit xp̄s. Uos autē quem me esse dicitis. Respondens Petrus dixit. Tu es xp̄us filius dei viui. At Jesus ait illi. Beatus es simon bariona. i. filius iohanna Bar idem est ꝙ filius, iona ponitur p diminutionē pertracta media sillaba p iohanna. Sequit. q̄a caro ꝛ sanguis nō reuelauit tibi. i. hō mortalis non docuit te istam veritatē sꝫ pater meus. Et ego dico tibi. quia tu es Petrus. id est. confessor Petra vere que christus est. Et super hanc petram quā confessus es. scꝫ super christū edificabo ecclesiā meam. Sed hic oritur difficultas vtrum confessio fidei Jesu christi sit ad salutē necessaria. Et ad h̄ dicit sanctus Tho. scd̄a scd̄e. q. iij. ꝙ confessio fidei cadit sub preceptis affirmatiuis que nō obligant ad semper sed pro loco ꝛ tempore: ꝛ s̄m alias circūstantias debitas s̄m quas oportet actū humanū limitari ad hoc ꝙ sit actus virtutis. Confiteri ergo christū nō semper nec in quolibet loco est d̄ necessitate salutis: sꝫ aliquo loco ꝛ tempore: quando scꝫ p omissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus deo vel etiam vtilitas, proximis impendenda. puta si aliquis interrogatus de fide taceret: ꝛ ex hoc crederet vel ꝙ non haberet fidem. vel ꝙ fides non esset vera. vel alij per eius taciturnitatē auerterentur a fide. Si autem turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta absq̄ vtilitate fidei vel fidelium. nō ē laudabile in tali casu fidem publice confiteri Unde domin⁹ dicit Matth. vij. ca. Nolite sanctum dare canibus neq̄ margaritas vestras spargere ante porcos: ne conuersi disrumpat vos. Sed si vtilitas aliq̄ perueniret vel adesset necessitas: tunc contempta turbatiōe infidelium debet homo fidem publice confiteri.

¶ Utrū Petrus negando xp̄m peccauit.
¶ Tertia virtus beati petri a nobis cōsiderāda dicit peccati cōmissi amara deploratio. Postq̄ eñ christū vt homo nōdū in gratia confirmatus ter p̄ timore negauit. cum respexisset in eū pijssimus Jesus. vt scribitur Luce. xxij. ca. Egressus foras fleuit amare. Sed in hoc loco diligenter perscrutandū an petrus negando christū peccauit mortaliter. Et quidam inuenti sunt qui dicere voluerunt ꝙ non: ex eo ꝙ nō negauit christū ex timore sed amore nolens a beo separari Sciebat eni ꝙ si dixisset se esse discipulū christi statim fuisset eiectus ꝛ separatus a beo. Ista opinio falsa a cūctis doctoribus improbata Nam sanctus Tho. scd̄a scd̄e. q. xxv. ar. xij. siue vltio argumen. ij. expresse dicit. Petrus negando xp̄m peccauit mortaliter. Grego⁹. insuper in omelia de ipo ait. dū mori timuit vitaꝫ negauit. Hiero⁹ super Mattheū. Rabanus sup Matth. ꝛ Grego. iij. moralium idem confirmant. scꝫ petrū in illa negatione grauiter deliquisse. Et Leo papa in sermone de passione ita refert. Ob hoc auteꝫ hesitare pmissus est Petrus vt in ecclesie principe remediū penitentie recōderetur. et nemo auderet de sua virtute confidere.

Chryſ. inſup in ſermone ſic loquit. Idcir
co diuine ꝓuidentie ſecretū ꝑmiſit vt pri
mus ipe laberet Petrus quo erga pecca/
tores duriorē ſententiā ꝓprij caſus intuitu
tēperaret. Petrus eni orbis terraꝝ doctor
ꝛ magiſter peccauit et veniā impetrauit.
vt hec indulgētie norma ꝛ regula iudicā/
tibus p̄beretur. hec Chryſ. Ex his dictis
claret Petrū a peccato excuſari non poſſe.
Verūtamē orit difficultas nō ꝑua ex ver/
bis Leonis pape in ſermone de paſſione:
ſic ad Petrū loquētis. Vidit in te dn̄s nō
fidē fictā: nō dilectionē auerſam ſꝫ conſtā
tiā fuiſſe turbatam. Sed pctm̄ eſſe nō pōt
cū dilectione ꝛ charitate. ergo minime Pe
trus peccauit q̄ dilectionē ꝛ charitatē non
perdidit. Ad hoc reſpōdet ſanctus Tho.
vbi ſupra ꝙ charitas amittitur dupliciter.
Vno mō directe ꝑ actualē cōtemptum: et
ſic Petrus charitatē non amiſit. Alio mō
indirecte qn̄ qs cōmittit aliqd ꝯtrariū ca/
ritati ꝓpter aliquā paſſionē cōcupiſcentie
vel timoris. Et h mō Petrus ꝯ charitatē
faciens charitatē amiſit ſꝫ eā cito recupe/
rat dū lachrymas ꝯtritiōis effudit. Neqꝫ
tanta fuit deformitas eius culpe quāta ꝓ
illa penitentie plenitudo. Nec ſolū ꝓ pctō
cōmiſſo plorauit Quinimo fert ꝙ ſemper
in ſinū ſudariū portabat quo crebro fluen
tes tergebat lachrymas. Qui qn̄ dulcedi/
nis et locutionis et penitentie dn̄i memor
erat: pre nimia amoris ſuauitate lachry/
mas cōtineri non poterat.

¶ De martyrio Petri ꝛ Pauli qđ cōſide/
ratur reſpectu tēporis: reſpectu cauſe et re/
ſpectu modi.

Capitulū. III.

Tertium myſteriū con
templandū de btō Petro dr pa
tiētie in quo innuemus patien
tiam illius in tollerantione martyrij. de quo
tria conſideremus.

¶ Primo dubietatem.
¶ Secundo caſualitatē.
¶ Tertio modalitatē.

¶ Primo conſideremus dubietatē. an pe/
trus ꝛ paulus paſſi ſint eadē die. Et qdā
dixerunt ꝙ eadē die reuoluto anno. Sed
ꝯtra iſtos ē auctoritas vniuerſalis eccle/
ſie q̄ in orōne ſic deū dep̄catur. Deus qui
hodiernā diē apl'oꝝ tuorū Petri ꝛ Pauli
martyrio ꝯſecraſti. da eccl'ie tue eoꝝ i om/
nibus ſequi p̄ceptū ꝑ q̄s religiōis ſumpſit
exordium. Et Dionyſius q̄ eoꝝ interfuit
martyrio vt inferius dicet narrat qualiter
eadem die ſimul ꝛ anno paſſi ſunt. Idem
refert Leo papa in ſermone. Hiero⁹ vero
in libro de viris illuſtribꝫ inq̄t. Anno Ne
ronis ſcđo paulus romā vinctus mittitur
ꝛ ꝑ biennium in libera manens cuſtodia:
aduerſus iudeos diſputauit. deinde a ne/
rone dimiſſus euangeliū in occidentis pti
bus p̄dicauit. Quartodecimo ꝯo Nero/
nis anno eodem die quo crucifixus eſt Pe
trus capite truncatus eſt. Et in hoc cōcor
dant pariter oēs ſancti. Et licet eadeꝫ die
paſſi fuerint. ordinauit tn̄ Grego⁹. vt ipſa
die ſpecialius quo ad officiū fieret ſolenni
tas petri ꝛ i ſequēti die cōmemoratio pau
li. tū qꝛ eadē die fuit dedicata eccl'a ſancti
petri. tū qꝛ maior eſt dignitate. tū qꝛ prior
eſt cōuerſione ꝛ p̄or vrbē intrauit. ¶ Se/
cundo ꝯſideremus cauſalitatē: qua ſcꝫ ex
cauſa petrus ꝛ paulus innocētes ꝛ ſcti ad
violentā mortē ꝯdēnati fuerūt. Ad qđ rn̄
dere poſſum⁹ ꝙ tria ꝯcurrūt q̄ illos bonos
ꝛ oi ſctitate fulgētes coegerūt ad mortē.

¶ Primū fuit romanoꝝ ſupbia.
¶ Scđm Neronis ſeuicia.
¶ Tertiū Simonis magi malicia.

¶ Primū fuit romanoꝝ ſupbia. nam xp̄ia
nos ꝑſecuti ſunt. nō qꝛ xp̄m p̄dicabāt: ſed
qꝛ ipm ſine ſenatus auctoritate deificatū
aiebant. qđ ipi de noīe fieri ꝓhibuerant vt
ſcribit in hyſtoria Eccleſiaſtica. Nam cū
Pilatus quadaꝫ vice ad Tiberiū epl'as
de xp̄o miſiſſet. ipeqꝫ Tiberius eius fideꝫ
a romanis recipi aſſentiret: ſenatus oīno
reſpuit ex eo ꝙ nō ſui auctoritate deus vo/
cat⁹ fuit Et licet Titusliuius in ꝓhemio
dicat in laudē romanoꝝ. Ceterū aut me
amor negocij ſuſcepti fallit. aut nulla vn/
q̄ꝫ reſpublica. nec maior. nec ſanctior. nec
bonis exemplis ditior fuit. nec vnq̄ꝫ ciuita
tē tā ſero auaricia luxuriaqꝫ imigrauerūt.
Tn̄ neſciunt aut noluit ipſe Tituſliuius
agnoſcere romanoꝝ ſuperbiam q̄ ſe deos
extimabāt. ꝛ vt Aug⁹. dicit i p̄ncipio p̄mi
li. de ci. de. Hoc qđ dei eſt affectabāt ama

bātꝗ sibi in laudibus dici: pcere sbiectis
ꝛ debellare supbos. Et vt pdictū est nole
bam vt qs p dō coleret absqꝫ illoꝝ licētia
ꝛ auctoritate. Scdm qd concurrit vt apli
sancti violenta morte extinguerentur. fuit
Neronis seuicia. Ipe tūc romanis impe/
rabat: q vt Horosius Eutropius et reliq
scriptores romanaꝝ reꝝ tradunt flagicio/
sissimus ꝛ iniquissimus fuit. De quo etiā
Johes de Saberijs in policratone li. i. ita
ait. In tanta mole imperij oēm perosus ē
grauitatē: philosophiā psequens q̄si maie
statis imperij inimicā. Et nobiliora inge/
nia veritus se cōsilijs subdidit histrionuz.
Cū vo esset oim auarissimus adeo vt nul
li qdcūqꝫ officiū delegaret. qn psequeretur
nosti qd mihi opus est aut illud sbijceret.
Qui omibus pest oibus indiget histrio/
nibꝫ ꝛ mimis pecunias infinitas erogare
non grauabat. Singulos put qbusqꝫ pla
cuerat amplissime dignitatis nomie sub/
limabat. Alios patricios: alios senatores
dicere hos illustrium spectabiliū ve nomi
nibus illustrabat. hec ille. Qui aliter ap/
pellari solet policratus: ꝛ fuit natione an/
gelicus. Et ne vicijs Neronis diutiꝰ im/
moremur illud tm̄ afferamus in medium
qꝫ anno etatis sue. xxij. Eutropiū fugiens
ad quartū ab vrbe lapidē semetipm inter
fecit. Tertiū quod concurrit vt sanctissi/
mi petrus ꝛ paulus martyrio coronarent
fuit Simonis magi malicia. Hic vt scri/
bitur in itinerario Clemētis serpētes ene
os faciebat moueri: statuas eneas lapide
asqꝫ ridere ꝛ cantare: multaqꝫ huiusmodi
exercebat veneficijs ꝛ incantationibꝫ ma
gicis: ppter que Neroni charissimus erat
Victus tamen ꝛ superatus qꝫ sepe ab apo
stolis petro ꝛ paulo virtute christi: cū tem
ptasset volare. vt Leo papa testatur: oran
te paulo ꝛ petro imperante angelis satha
ne vt eū relinquerent quem p aera ferebāt
continuo corruit: fractisqꝫ ceruicibus expi
rauit. Qua de re iratus Nero dedit eos ī
manibus paulini viri clarissimi: et pauli/
nus tradidit eos ī custodia mamortini sb
cura militū processi ꝛ martiniani. Quos
milites petrus ad fidem christi conuertit
ꝛ cōperto qꝫ christiani essent capite cesi sūt
¶ Tertio ꝯsideremus modalitatem. quo

scilicet modo petrus et paulus martyrio
coronati sunt. Et in hoc standū est Diony
sio ariopagite qui de hoc scribit in episto/
la ad Thimotheū. Nam post mlta signa
ꝛ prodigia que dominus per suos aposto
los dignatus fuit operari: petrus tāqꝫ ali
enigena iussus est crucifigi: paulus vo qꝛ
ciuis erat romanus: capitalē sententiam
sbijt: qua lata dicit Dionysius. O frater
mi Thimothee si vidisses agones ꝯsum
mationis ipsorū defecisses quidem pre tri
sticia et dolore. Quis non fleret illa hora
quando pceptum sententie egressum ē in
eos vt petrus crucifigeretur ꝛ paulus de/
collaretur Vidisses tunc turbam iudeoꝝ
ꝛ gentiliuz percutientes eos: ꝛ expuentes
in faciem ipsorū. Adueniēte autem terri/
bili tempore consummatiōis ipsorū cum
separentur ab inuicem: ligauerunt colum
nas mundi nō vtiqꝫ absqꝫ fratrum gemi
tu ꝛ ploratu. Tūc inqt paulus petro. Pax
tecum fundamentū ecclesiaꝝ ꝛ pastor oui
um ꝛ agnorum christi. Petrus autem ad
paulum ait. Vade in pace predicator bo
norū mediator ꝛ dux salutis iustorū. Cū
autem elōgassent eos ab inuicem secutus
sum magistrū meū. Non eni in eodem vi
co occiderūt eos. hec Dionysius. Petrus
igitur perductus ad passionis locū cruci/
fixus est habens pedes sursum ꝛ manus
deorsum. vt Leo ꝛ Marcellus testantur
Tunc petrus vt scribit Egisippus d cru
ce dicere cepit. Te dn̄e imitari optaui: sed
rectus crucifigi nō vsurpaui. Tu semper
rectus ꝛ excelsus ꝛ altus. Nos pmi homi/
nis filij qui caput suū demersit in terram
cuius lapsum significat speciei generatio/
nis humane. Sic eni nascimur vt proni
in terraz videamur effundi. Inter hec ꝛ si/
milia verba gratias agens deo: et fideles
cōmendans spiritū emisit. Tunc marcel/
lus ꝛ apuleius fratres discipuli eius eum
de cruce deposuerunt ꝛ diuersis ꝯdientes
aromatibꝫ sepelierūt. Paulus vo cū ad lo
cū passiōis duceret ī porta hostiēsi fm dio
nysiū matronā quādā noie plātillā obuiā
habuit q flens orōnibus suis se cōmenda
astucia quadā fraudulentie hoībus fu/ tura cōiectant diuinatio ħ nō dꝛ si qs ꝓnū ciet ea q̄ ex necessitate eueniūt. vel vt i plu ribus que humana rōne cognosci possunt. Nec qꝫ etiā si qs futura aliqua cōtingentia deo reuelāte cognoscat ꝛ nūciet tūc eni ille nō diuinat. id est qđ diuinū est facit. ꝫ qđ diuinū est suscipit Tūc eni solū dꝛ diuina re qn̄ sibi in debito mō vsurpat ꝑnuncia/ tionē futurorꝝ euentuū. vn̄ Hiero⁹ super Lucā dicit ꝙ diuinatio semꝑ in malā ꝑtē accipit᷑. qꝛ nō dicit᷑ ab ordinata participa/ tiōe alicuius diuini sed ab indebita vsur/ patiōe. hec Tho. sequit᷑ Bonauē. ꝙ q̄uis demones nō possint ꝑ seipos futura cōtin gentia scire certitudinaliter. Tamen fre/ quenter vera ꝑdicūt. ħ aūt est quadrupli/ citer ꝺm Aug. in tertio sup Genesim ad litterā. Aut eni sensus vel ingenij acrimo/ nia. Aut m̄lta experiētia. Aut dolosa cau tela. Aut aliena doctrina. Sēsus acrimo/ nia vt qn̄ vident diligēter ꝛ cōsiderant ad qđ inclinat᷑ affectio nr̄a. vel q̄ sint inducē/ tia vel retrahentia. Experientia tēporꝝ. qꝛ ex talibus viderunt accidere talia dolosa cautela qn̄ ꝓponunt aliquid facere ꝛ ꝑdicūt. Aliena doctrīa q̄n̄do iusto dei iudicio ꝑmittunt᷑ addiscere ab angelis. De astro/ logis ergo ꝙ frequēter vera ꝑdicunt tenē/ dum est. ꝙ hoc solū est ꝯiecturādo siue ꝺm legem astrorꝝ. siue ꝺm diabolica cōmertia Scđm legem astrorū vtpote quando do/ minatur stella que habet impressionē sup diuersos humeros disponens ꝺm hoc ho/ minē ad diuersos mores ꝛ affectiōes. Se/ cundū diabolica cōmertia. vt quando vo lūt vim astrorꝝ vltra ꝓtendere qꝫ ad illud sup qđ possunt. Tūc eni nisi diabolus ad esset ita frequenter falsum sicut verū dice/ rent. licet frequenter falsa ꝑdicant ꝛ deci/ piant᷑. Hinc. Aug⁹ li. v. de ciui. dei. ca. vij. ait. nō immerito credit᷑ cū astrologi mira/ biliter multa vera respodent oculto instin ctu fieri spirituum non bonorum quorum cura ē falsas ꝛ noxias opiniones de astra libus fatis inserere humanis mētibus at/ qꝫ firmare. Similiter ꝛ malefici siue diui ni quādoqꝫ vera predicunt que precogno/ sci in suis causis naturaliter possunt. Fu/ tura vero contingentia non certitudina/

liter sed ex cōiectura quandoq; ꝓnunciāt.
¶ Scōm dubiū fuit vtrum a demonibus
esse possit aliqua prophetia. Ad quod re/
respondet Tho. scda scde. q. clxxij. ꝙ ꝓphe
tia importat cognitionē quandā ꝓcul exi/
stentē a cognitiōe humana. Manifestū ē/
aūt ꝙ intellect⁹ supioris ordinis: aliq̄ co/
gnoscere pōt q̄ sunt remota a cognitiōe in/
tellecus inferioris. Supra intellectū autē
hūanū est nō solū intellectus diuinus: sꝫ
etiā intellect⁹ āgeloꝝ bonoꝝ ⁊ maloꝝ: ꝺm
nature ordinē. Et iō q̄dā cognoscūt demo
nes sua naturali cognitione q̄ possunt hoi
bus reuelare. tāq; remota a cognitione ho
minū. Simpliciter aūt ⁊ maxime remota
sunt: q̄ solus deus cognoscit. Et ideo ꝓphe
tia ꝓprie ⁊ simpliciter dicta fit solū ꝑ reue/
latione diuinā. Sed etiā ipa reuelatio fa
cta ꝑ demones pōt ꝺm q̄d dici ꝓphetia. vn̄
illi q̄bus aliq̄d ꝑ demones reuelat᷑: non di
cunt᷑ in scripturis ꝓphete simpliciter sed ꝓ
phete falsi siue idoloꝝ fictio siue cū aliqua
alia adiectiōe. Vn̄ Aug⁹. xij. super Gene
sim ad litterā ait. Cū malus spūs arripit
homies in hac vita: aut demoniacos facit
aut arrepticios: aut falsos ꝓphetas. Notā
dū ꝙ demones ea q̄ sciunt hoibus manife
stāt nō q̄dē ꝑ illuminationē intellectus: sꝫ
ꝑ aliquā imaginariā visionē aut etiā visi/
biliter colloquēdo. ¶ Tertium dubiū fuit
vtrū demones ꝑ se vel ꝑ alios possint veri
tatē fateri. Et videt᷑ ꝙ non. Nā dr̄ Johis
viij. ca. de diabolo. mēdax est ⁊ pater eius
scꝫ mēdacij. Et xxij. q. v. ca. cauete fratres.
Omes q̄ amāt mendaciū filij sunt diabo
li. Cū g̊ diabolus sit veritatis inimicus. g̊
illā confiteri fugit. Ad q̄d respōdemus. ꝙ
licet diabolo veritas sit exosa tn̄ illā quan
doq; predicat ⁊ confitetur ꝓpter tria.
¶ Primo ꝓpter coactionem.
¶ Secundo ꝓpter accusationē.
¶ Tertio ꝓpter deceptionem.
¶ Primo diabolus veritatē fatet᷑ ꝓpter co
actionem qn̄ cogitur ab ipo deo. Sicut fa
ctū legimus qn̄ clamans in idolis sancto/
rū apostoloꝝ ꝩtutem ⁊ gratiā suis cultori
bus significabat. Sic etiā in virtute xp̄i a
sanctis demones interrogati sepe in obses
sis corporibus vera respōdent licet inuiti.
¶ Secundo diabolus veritatē fatet᷑ pro/
pter accusationē duꝫ scꝫ hoim peccata ad
cōfusionē illoꝝ accusat. Nā lꝫ deus hoim
pctā cognoscat: vult tamē vt diabolus illa
declaret ad maiorē peccantiū exprobratio
nē. Ille ꝓo hostis malignus tūc veritatē
quā odit propter odium animarū fatetur
¶ Tertio diabolus veritatē loquitur pro/
pter deceptionē. Nā vt inq̄t. Tho. vbi su/
pra intellectus ad falsuꝫ deducit᷑ ꝓpter ap
parentiā veritatis: sicut voluntas ad ma
lū ꝑ apparentiā bonitatis Interdū igitur
diabolus veritatē ostendit. vt sic falsitas
eius securius acceptet᷑. Hinc xp̄s nō sine/
bat loqui demones q̄ erant in corporibus
obsessis: ⁊ dicebāt ipm esse xp̄m: ne misce/
rent veris falsa. vt dicit Nico. d̄ lira super
ꝑmo ca. Marci. Et. iiij. ca. luce. Dicta sūt
ista vt sciamus vera esse q̄ de aploꝝ victo
ria ꝑmisimus q̄ dō reuelāte imminentē fu
turā pacē illi duci ꝑdixerunt cū tn̄ demo/
nes contrariū mentiendo suasissent.
¶ Qualiter Simon ⁊ Judas deuicerunt
magos ⁊ qui dicunt᷑ magi. atq; de differē/
tia miraculorū dei ⁊ sanctoꝝ a miraculis
magorū. Capitulū. II.

Secundi aduersarij Si
monis ⁊ Jude quos ipi deui/
cerunt fuerūt magi. Et hic tria
considerare debemus:
¶ Primū q̄ dicuntnr magi
¶ Secundū quomodo magoꝝ miracula
apparētia a veris miraculis distinguunt᷑.
¶ Tertiū q̄liter hi aplī magos superarūt
¶ Ad primū respondet Isidorus. viij. li.
ethi. magi sunt q̄ vulgo malefici vocātur
ob facinorū magnitudinē. hi ⁊ elemēta cō
cutiunt turbant mentes hoim ac sine vllo
veneni haustu violētia tn̄ carminis inte/
rimunt. vn̄ ⁊ Lucanus. Mēs hausti nul
la sanie polluta: veneni incantata perijt.
Magoꝝ aūt ꝑmus Zoroastes rex batria
norū fuit de quo Aug⁹. libro. xxi. de ciui.
dei ait. Qꝫ qn̄ ꝑmo natus est risit: hūc po/
stremo Ninus rex assirioꝝ interfecit. licet
pleriq; teneant illū a demōne suffocatum
Arte ꝓo magicā mlt̄a post secula Demo
critus ampliauit qn̄ ⁊ Hipocratis medi/
cine disciplina effloruit. hec autē vanitas
magicarum artiū ex traditiōe angelorum

maloꝝ in toto terraꝝ orbe plurimis secl'is
inualuit. Nec mirū de magoruꝫ prestigijs
quādo intantū prodiere maleficorū artes
vt etiā Moyse similimis signis resiste/
rēt vertētes vrgas in dracones. aquas in
sanguinē. hec Isid. Sed vt Aug⁹. li. x. de
ciui. dei. c. viij. asserit: faciebant illi venefi/
cijs ⁊ incantatiōibus magicis q̄bus sunt
angeli mali. i. demōes dediti. Moyses au
tē tāto iustius q̄nto potētius dei noīe q̄ fe/
cit celū ⁊ terrā eos facile superabat. Deni
q̄ in tertia plaga deficiētibꝫ magis decē
plage ꝑ moysen magna mysterioꝝ dispē/
satiōe cōplete sunt. hec Aug⁹. Quāta ṽo
sit virtus demonū cū a deo ꝑmittūtur siue
ad deludendū hūanos sensus: siue ad ope
randū. licꝫ ſm naturā effectus mirabiles:
siue etiā ad corpora vexandū ⁊ molestādū
dixit plene in tractatu de timore iudicioꝝ
dei. Verū tñ hic narrabo qđ supioribꝫ die/
bus legi in quodā libro nouiter cōfecto q̄
vocat̃ fortalicium fidei. In regno francie: cū
iudei maleficijs vterētur: accidit semel q̄
iudeus quidā crudelissimus factus ē ami
cus cuiusdā ministri iusticie. Quadā ṽo
die rogauit eū instātissime vt vnius hōis
daret ei cor fingēs se illo egere pro medici/
na. Et colorādo factū suū dixit. Q̄ꝫ quidā
hō dabat viginti coronas auri si eū sana/
ret. Et q̄ ipse daret sibi decē illarū: si ei tri/
bueret cor supra dictū. Ille tñ ex cupidita/
te: tum amicitia ꝓmisit. Extrahens illud
cor a quodā xp̄iano: quē iusticia exigēte: in
partes dimiserat tradidit vxori sue custo/
diendū dicēs ei. q̄ decem coronas esset re/
cepturus ꝓ illo: quas sibi ꝓmiserat iude⁹
se daturū. Cū ergo mulier illa cognouisset
iudeū illū reatu multoꝝ fore maleficū du
re reprehēdit maritū. Ille ṽo ecōtrario eā
arguebat dicēdo q̄ ipa faceret eum ꝑdere
decē coronas ⁊ alia ꝓmissa. Tandē vedu/
xit virū mulier vt iudeo cor porci tribueret
Adimpleuit vir qđ vxor cōsuluit: iudeus
ṽo cor hōis xp̄iani credēs se accepisse tra/
didit illi decē coronas. Quo facto: iudeus
hilaris suis vtens maleficijs sepeliuit cor
illud in quodā cāpo latissimo In quo post
paucos dies: cōgregata est innuberabilis
multitudo porcoꝝ nō solū domesticoꝝ sed
etiā siluestriū: Et tanta fuit lis ⁊ prelium

inter eos. q̄ oēs mutuo rabidis morsibus
se dilacerātes occiderūt: sic vt nec vnus re
maneret viuus. Qđ factū: a rege frācie q̄
tūc erat cognitū iudeo capto apta est veri
tas: q̄ sic fuisset factū de hōibus xp̄ianis
illius ꝓuintie sicut đ porcis si cor sepelisset
hōis xp̄iani. Profecto nisi manu dei dia/
bolica potestas cōpesceret̃ multa incredi/
bilia mala malefici oꝑa diabolis cooperā
tibus exercerēt. Scđm qđ erat cōsideran
dū quō discernūt̃ miracula demonū a mi/
raculis veris. Et dicūtur illa miracl'a lar/
go modo q꞉ licet esse possint mira oꝑa: nō
tñ miracula. Ideo dn̄s Bonauē. in. ij. di/
stinctione vij. ait. q̄ differūt illa a miracu/
lis veris. Primo ex parte p̄ncipalis agen/
tis: Nā in miraculis diuinis operat̃ agēs
potētie infinite ⁊ sup̄ naturā. In miracu/
lis demonū operat̃ virtus nature multipli
citer adiute: per naturas alias. Scđo dif/
ferūt ex parte finis: q꞉ miracula dei fiunt
ad vtilitatē hoīm ⁊ diuinā gl'iam sed ma
gorum ⁊ demonū: ad deceptionē siue glo/
riā vanā. Tertio differūt ex parte facti: q꞉
demones faciūt huiusmodi vilia ⁊ inuti/
lia. s. ranas ⁊ serpētes: quia hec de facili ꝓ/
ducūtur operatiōe nature: nō aūt possunt
facere ea in quibus natura succūbit sicut
facit deus. s. illuminare cecū a natiuitate:
resuscitare mortuos ⁊ huiusmodi. ¶ Ter
tiū cōsiderādū qualiter Simon ⁊ iudas
magos superarūt. Et de hoc ita scribit̃ i le
genda q̄ in perside erant duo famosi ma/
gi. s. Zares ⁊ Arfaxath quos Mattheus
fugauerat de ethiopia. Cū ṽo apl'i ꝑ Ba
radach corā rege adducti fuissent. Et pre/
sentibus illis magis dixisset Baradach.
Isti o rex sūt dij latētes i effigie hoīm: zelo
īuidie magi cōmoti dixerūt: illos malignos
esse cōtra regnū subtilit̃ cogitare: dixit eis
Baradach. Si audetis cū eis confligite
Cui magi. Si vis videre quia nobis pre
sentibus loqui nō poterāt veniant huc vi
ri eloquentissimi ⁊ si corā nobis loqui ausi
fuerint: nos ꝑ oīa imperitos ꝓbabis. Cuꝫ
āt plurimi adducti essent ꝯtinuo corā magis ita muti facti sunt vt nec nutibus q̄dē
qđ loqui nō poterāt indicarēt: dixeruntq̄
magi ad regē: vt scias nos deos esse ꝑmit/
temus eos loqui sed ambulare non posse.

Iterũqꝫ reddemus eis gressum: Sed fa/
ciemus eos apertis oclis nihil videre. Qui
cũ hec omia fecissent dux aduocatos illos
turpiter cõfusos ad aplos duxit. Quibus
apli idoloꝝ cultũ dissuadẽtes vt i xp̄m cre
derẽt monuerũt. Qd cũ illi ex corde se fa/
cturos pmisissent. apli signo crucis in frõ
tibus eoꝝ munierũt ⁊ statim liberi ab om
ni molestia ad regẽ coram magis iteꝝ in/
gressi sunt. Quare irati magi multitudi/
nẽ serpentũ aduenire fecerũt. Statimqꝫ ad
iussum regis venientes apli pallia sua de
serpẽtibus impleuerũt ⁊ in magos piece
rũt dicẽtes. In noie dñi nõ moriemini. sꝫ
a serpẽtibus lacerati doloꝝ vestroꝝ mugi
tus dabitis. Cũ ergo magi se cruciarẽtur:
rex ⁊ ceteri rogabãt aplos vt eos a serpẽti
bus occidi pmitterẽt. Quibus apli respõ/
derũt se missos reducere a morte ad vitaꝫ:
nõ aũt a vita pcipitare in mortẽ. Cũ autẽ
magi in malitia pseuerassent ab aplis sa/
ni dimissis inde aufugerũt. Post hoc filia
cuiusdã ducis ex fornicatiõe cõcepit: ⁊ fili/
um parturiẽs: quedã sanctũ diaconẽ infa/
mauit. Cũ aũt parẽtes puelle diaconẽ oc/
cidere vellẽt. Aduenientes apli infantẽ ad
duci fecerũt. q die illa natus fuerat. Et co/
rã diacõe interrogauerũt dicẽtes: dic infans
In noie dñi si diaconus iste h presumpsit.
ad hec infans iste inqt diaconus castus ⁊
sanctus est nec vnqꝫ carnẽ suã coinqnauit
Cũ autẽ parẽtes instarẽt vt apli quererẽt
qs actor huius sceleris fuisset. Rñderunt
apli. Nos innocẽtes absoluere decet: nocẽ
tes ꝓ perdere nõ debemus. Manserunt
post hec ⁊ alia multa: apli in eodẽ loco p
annũ ⁊ tres mẽses. In quo spacio plusqꝫ
sexagintamilia hoim exceptis paruulis cũ
rege ⁊ pncipibus baptizati sunt.

Qualiter simon ⁊ iudas debellarũt pon/
tifices idoloꝝ patiẽtes mori potius qꝫ sta
tuã solis adorare.

Capitulum tertium.

TErtii aduersarii simo/
nis ⁊ Jude: quos ipsi debella/
rũt fuerũt idoloꝝ põtifices. Cũ
eñ deuenissent ad quãdã ciuitatẽ nomie
suamyr: inuenerũt ibi magos superius no/
minatos q põtifices idoloꝝ ⁊ pplm cõtra
aplos cõcitauerũt. capiẽtes ꝓ ipos ad tẽ
plũ solis deduxerũt: vt aut eos sacrificare
cõpellerẽt aut penitus necarẽt. Facto autẽ
silentio apli dixerũt vt sciatis q hec idola
plena sunt demonibus ecce eis impamus
vt exeant ⁊ singula simulachra cõfringãt.
Statimqꝫ de simulachris exierũt ⁊ cõfra
ctis illis cũ diris vocibꝰ abscesserunt. Qd
vidẽtes pontifices in aplos irruerũt ⁊ eos
trucidauerũt. In ipa aũt hora cũ nimia se
renitas esset tanta fulgura extiterunt: vt tẽ
plum ipm trifarie scinderet ⁊ illi duo ma/
gi in carbones ictu vulguris verterentur.
Rex aũt corpora aploꝝ ad vrbẽ suã trãs/
tulit ⁊ in honorẽ eoꝝ ecclesiã mire magni/
tudinis fabricauit. Notandũ q de beato
simone in pluribꝰ locis inuenitur q crucis
patibulo sit affixus. Qd etiã Isid. libro de
obitu aploꝝ. Et Eusebiꝰ in hi. ecclistica
et Beda sup actus Aploꝝ. Et magister
Johes beleth in sũma sua testat. Cũ eñ
vt aiunt i egypto predicasset hierosolymã
rediit. Et post mortẽ iacobi minoris i epi/
scopũ hierosolomitanũ ab aplis vnanimi
ter ẽ electus. Et ante mortẽ suam triginta
mortuos suscitasse narrat. Cũ aũt ecclĩaꝫ
hierosolomitanã p annos multos rexisset
⁊ cẽtesimũ atqꝫ. xx. annũ etatis ageret: tpe
traiani imperatoris Atticus cõsularis ipm
cruci affigi iussit. omibꝰ q aderãt ⁊ ipo iu/
dice admirãtibus. q centũ viginti annoꝝ
senex crucis suppliciũ ptulisset. Nonnulli
ꝓ dicũt sicut ẽ rei veritas: q nõ fuit simõ
chananeus q fuit crucifixus. Sꝫ fuit aliꝰ
filius cleophe. Qd etiã Eusebius cesariẽ
sis eps in sua cronica testat. Idem dicunt
Isid. ⁊ Beda in suis cronicis. Nam Isid
⁊ eusebius qd prius dixerũt postmoduꝫ in
cronicis correxerũt. Qd ptꝫ etiã p Bedã:
q se sensisse redarguit i retractatiõibꝰ suis
Laudemus igit dñm in sctis suis qbꝰ tan
tã gratiã cõtulit: vt cũctis inimicis pbissi
me cõsternatis ad celoꝝ regna gliosi mi/
grauerint: vbi cũ xp̄o letãtur. Qui viuit et
regnat in secula seculoꝝ. Amen.

Sermo XLIIII. de sacris admirandisqꝫ
stigmatibus seraphici francisci.

[E]Go enim stigmata dñi iesu xp̄i in corpe meo porto. Doctoris gētiū v̄ba sunt ista ad Gal. vlt. cap. Elegit pater oīm deus beatū franciscū q̄ nō solū euāgelica doctrina vitaq; pfectiōe: sed mirabili signo stigmatū excitaret hoīm corda ad desideriū eterne vite. Duob; q̄dam annis picturā crucis in manib; pedib; et latere visibiliter tulit. Et sic apl̄i v̄tute magna reddebāt testimoniū resurrectiōis iesu xp̄i. ita Franciscus in seipso in p̄prio suo corpore xp̄m resuscitatū luculētissime demōstrabat. Sed pleriq; dū hec audiūt vel credere nolūt franciscū signo crucifixi fuisse insignitū vel q̄d leue z nō admirādū id assueuerant. Quapropter vt nouitas tāte rei cū deuotiōe fidelib; innotescat repmaturq; temeritas curiosoꝝ in h̄ sermone de sacris francisci stigmatibus tractare decreui. Ostendā aūt consignationē Francisci: nō nisi inter mirabilia dei magna fore deputandā: ob qđ cōuenientissime sctūs iste sublimis v̄ba p̄posita dicere potest. In q̄bus de stigmatib; ip̄is tria mysteria p̄ponimus contēplāda.

¶ Primū dicit veritatis.
¶ Scđm sublimitatis.
¶ Tertiū congruitatis:

Q3 nō est fictio q̄cq̄d dicit de stigmatibus Francisci cū veritas tante rei multipliciter confirmetur

Capitulum primum.

PRimū mysterium contemplandum dicitur veritatis. In quo speculari libet an sit verum q̄ sanctus franciscus habuit stigmata in suo corpore virtute diuina z supernaturaliter impressa. Nam posset aliquis dicere multa fuisse ab exquisitis ingenijs conficta z in scriptis tradita: que tamē sunt penitus a veritate aliena. Idcirco Augustinus libro xviij. de ciuitate dei. cap. xiij. inq̄t. Fabule facte sunt de Minotauro q̄ bestia fuerit inclusa laborintho quo cū intrassent hoīes inextricabili errore inde exire nō poterāt. De centauris q̄ equoꝝ hoīumq; fuerāt natura coniuncti. De cerbero q̄ sit triceps inferiorū canis. De frixo z helle eius sorore q̄ vecti ariete volauerūt. De gorgone q̄ fuerit crinita serpētibus: z aspiciētes cōuertebat in lapides. De bellorofonte q̄ equo pennis volante sit vectus qui equus pegasus dictus est. De ansione vel arione q̄ cithare suauitate lapides mulserit z attraxerit. De fabro dedalo z eius Icaro filio q̄ sibi coaptatis pēnis volauerunt. hec ille. Si igitur ista z alia huius excogitari potuerūt quid mirum inquiunt increduli si de francisco aliquis fingendo z mentiēdo dixerit q̄ in manibus pedibus z latere plagas quasi crucifixus habuit. Sed tales incredulos nos facile cōuincere possumus dum veritatē stigmatū Francisci ex tribus ad lucem deducimus.

¶ Primo ex ecclesie auctoritate.
¶ Scđo ex testiū sanctitate.
¶ Tertio ex miraculoꝝ claritate.

¶ Primo probamus veritatē stigmatum Francisci ex ecclesie auctoritate. Nam vt christus dicit Matthei. xviij. ca. Qui ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Igitur pōtifices z cardinales de illis stigmatibus clarū perhibēt testimoniū. Nā sanctus Bonauen. cardinalis eps̄ albanēsis vir eximie sanctitatis legendam sancti francisci eleganter scripsit in qua diffuse loquit de stigmatibus illis. Dominus Raynerius cardinalis de viterbio composuit hymnū qui incipit. plaude turba paupercula: vbi de stigmatibus sequentē versiculū interposuit. vili contentus tegmine: sancto calescens flāmine vicit algore caumata christi dum gestat stigmata. Dominus Tho. cardinalis de capua edidit hymnū qui incipit. In celesti collegio. Et hymnum qui incipit. Decus morū dux minorū: z in hoc de stigmatib; ita inquit. Regis signum ducem dignum insignit manu latere. Benedictus papa duodecimus bullam fecit de stigmatibus sacris i qua statuit vt fratres minores publice in ecclesia officium stigmatū annuatim possent celebrare Nicolaus papa tertius in extrauaganti q̄ ponitur in sex. decretaliū z incipit. Exijt qui seminet. zc. dū regulā btī frācisci i multis extolleret postea ita subdidit. hec est qui attestante paulo

nullus decetero debet esse molestus quam
xp̄s suis sacris stigmatibus cõfirmari vo
lens institutorē ipsius passionis sue signis
notabiliter insigniuit. Alexād er papa iiij.
ꝑ suas apostolicas lr̄as francisci stigmata
cõprobauit Prima eiꝰ bulla incipit: gran/
de ⁊ singulare miraculū. Scd̄a. Si noue
letitie militantis eccl'ie. Tertia. Benigna
diuine operationis volūtas In hac ita de
stigmatibus loq̈tur. iocunda dn̄ice passio
nis insignia in eiusdē sancti corꝑe dū ad/
huc vitali spū foueret manus celestis ope
ratoris impressit. Et iterꝝ ibidē in manibꝫ
eius ⁊ pedibus expressa vndiqꝫ similitu/
do clauorꝝ d̄ subiecto ꝓprie carnis excreuit
vel de materia noue creationis accreuit.
De isto alexādro dicit sctūs Bonauē. in
legēda maiori. dn̄s Alexander iiij. dū pu/
blice predicaret corā multis fratribꝫ ⁊ au
diēte me asseruit sacra illa stigmata dum
sctūs viueret ꝓprijs oculis cōspexisse. Gre/
gorius papa nonus q̄ beatū franciscū ca/
thalogo sctōꝝ ascripsit i bulla que incipit.
Confessor dn̄i gl'iosus. q̄ dirigit̄ vniuersi/
tati vestre: nō indigne duximus exꝓmēdū
videl3 ꝙ sctūs franciscus dū adhuc vi/
te spaciū percurreret presentis ⁊ postq̄ꝫ fe/
liciter cōsummauit manibꝫ latere ⁊ pedi/
bus spē stigmatū diuinitus extitit insigni
tus. hic Gregoꝰ. antiphonā fecit q̄ cantat̄
in vesperis ⁊ de stigmatibꝫ clare sic loq̈tur
plange turba paupercula ad patrē clama
pauperū hoc lugubre suspiriū pater fran/
cisce suscipe: ⁊ prode xp̄o stigmata lateris
pedū manuūqꝫ vt nobis reddat orphanis
tanti patris vicariū. Insuꝑ Grego. p̄fatꝰ
anteq̄ꝫ beatū franciscū cathalogo sanctorꝝ
ascriberet scrupulū in corde habuit: q̄ ad
vulnus laterale Nocte ꝟo q̄dā sicut ibidē
pōtifex post referebat cū lachrymis beatꝰ
franciscus quadā faciei protēsa duricie ei
in somnis apparuit Et hesitationē cordis
redarguēs: eleuauit brachiū dextrꝝ detexit
vulnus: fialāqꝫ poposcit: qua porrecta vi/
debatur sanguine ex latere defluēte imple
ri. Ex tūc vt inq̈t Bonauē. ad illud sacrū
miraculū tāta cepit deuotiōe affici ⁊ emu/
latiōe feruere: vt nullo modo pati posset ꝙ
aliq̈s p̄fulgētia illa signa: suꝑba p̄sumeret
impugnatiōe fuscare. q̄n cū seuera increpa

tione ferret. Et vt ipe Bonauē. testat̄. vi/
derūt stigmata illa ex familiaritate quā cū
viro sctō habebāt aliqui cardinales: lau/
des sacrorꝝ stigmatū: prosis ⁊ hymnis ac
antiphonas q̄s ad ꝓpius ediderūt honorē
veraciter inferentes q̄ tā ꝟbo q̄ꝫ scripto ꝑ/
hibuerūt testimoniū veritati. ¶ Scd̄o ꝓ/
bamus ꝟitatē stigmatū francisci ex testiū
mltiplicitate Preter eni pōtifices ⁊ cardi
nales eccl'ie sctē d̄ q̄bꝫ diximus. fuerūt ⁊ alij
q̄ꝫ plurimi q̄ ⁊ dū sctūs viueret ⁊ postq̄ꝫ vo
lauit ad superos stigmata illa viderūt nā
vt sctūs Bonauē. refert cernēs xp̄i seruus
ꝙ stigmata carnitā luculēter impressa so/
cios familiares latere nō possent: timens
nihilominꝰ publicare dn̄i sacramētū i ma
gna fuit positus dubitatiōis agone: vtrū3
qd̄ viderat diceret vel taceret. Cōpulsus
tn̄ cōsciētie stimulo q̄busdā ex fratribꝫ inti
mioribꝫ sibi cū mlto timore seriē retulit vi
siōis p̄fate. Isti fuerūt frater illūiatus. fra
ter Leo: frater Rubinꝰ: frater Pacificꝰ: ⁊
alij eiꝰ socij de q̄bꝫ dic̄ Bonauē. ꝙ l3 essent
ꝓpter sctitatē p̄cipuā viri ꝑ oīa fidedigni:
tn̄ ad om̄e dubiū ammouēdū: sic esse: ac se
vidisse tactꝫ sacrosctis iuramēto firmaue/
rūt. Viderūt etiā in morte illa signa miri
fica plus q̄ꝫ q̄nq̄ginta frēs: ꝟgoqꝫ deo de/
uotissima clara cū ceterꝫ sororibꝫ suis ⁊ se/
culares innumeri ex q̄bꝫ q̄ꝫ plurimi ⁊ oscu
lati sunt ex deuotiōis affectu: ⁊ ꝯtractaue
rūt ad testimonij firmitatē. Et in. c. de trās
latiōibus siue trāsitu tanti p̄ris ita scribit
Bonauē. Audito trāsitu p̄ris ⁊ fama dif
fusa miraculi accellerās ꝓpl's ꝯfluebat ad
locū vt id cerneret oculis carnis qd̄ a rōne
dubiū om̄e repelleret ⁊ affectōi gaudiū cu
mularet. Admissi sūt itaqꝫ ciues assisina/
tes q̄ꝫ plurimi ad stigmata illa sacra cōtē/
plāda oculis ⁊ labijs osculāda: vnꝰ aūt ex
eis hieronymꝰ noīe miles litteratꝰ prudēs
corā oībꝫ mouebat clauos statimqꝫ manꝰ
pedes ⁊ latꝰ manibꝫ suis cōtractabat ꝓpt
qd̄ testis huiꝰ ꝟitatis ꝯstās effectꝰ ē. ¶ Ter
tio ꝓbamꝰ veritatē stigmatū frācisci ex mi
raclorꝝ claritate. multa q̄ppe miracl'a ope/
ratꝰ ē d̄s: postq̄ꝫ illa signa frācisco donauit
Nā vt scribit bonauē. in. c. d̄ stigma. circa
mōtē aluerne grādinis violenta cōpestas
fructus terre cōsuetudinarie deuastabat.

Sed post illā apparitionē felicē nō sine in
colarū admiratiōe grando cessauit vt cele
stis illius visionis excellentiā ⁊ stigmatuꝫ
ibidē impressoꝛū virtutē serenata preter
moꝛtē ipā celi facies declarabat. In ꝓuin
cia reatina pestis iualuerat valde grauis
que boues ⁊ oues oēs sicut cō summebat
crudeliter ꝙ nullū poterat remediū adhi
beri: vir autē quidē timēs deū nocte fuit ꝑ
visionē cōmonitus vt ad heremitoꝝ fra
trū festinānter accederet: ⁊ loturā mannuꝫ
ac pedū famuli dei francisci qui tūc tēpo
ris moꝛabaꝬ ibidē acceptā: sup aīalia cun
cta respargeret: mane itaqꝫ surgens: venit
ad locū loturaqꝫ huius ꝑ socios sancti vi
ri latenter obtenta: oues ⁊ boues languē
tes ex ea respersit. Statimqꝫ animalia lā
guida ⁊ in terra iacētia recuperato vigoꝛe
surgebāt cōtinuo: ⁊ tāqꝫ nil mali sensissent
ad pascua festinabāt. Sicqꝫ factū ē vt ad
virtutē mirandā aque illius q̄ sacras pla
gas cōtingerat oīs pꝛoꝛsus plaga cessaret
Apud hilernā ciuitatēꝫ iarolonie accidit
virū quēdā noīe iohannē. beato francisco
deuotū: quodā sero per quādam incedere
viā in qua ꝓ inferēda moꝛte latitabāt insi
die nō quidē ipi: sed alteri cuidā q̄ videba
tur similis eius: ⁊ tūc erat in cōmunicatu
ipius. Exurgēs aūt quidā ex insidijs cuꝫ
hostē suū hūc esse putaret tam letaliter cū
plagis plurimis gladiauit vt nulla pꝛoꝛ
sus supesset spes recuperāde salutis. Si
quidē pmo inflicta ꝑcussio humerū cū bꝛa
chio pene totū absciderāt. Et ictus alius
sub mamilla tantā reliquerat arrepturam
vt flatus inde pꝛocedēs circa sex cādelas
simul iunctas extingueret. Cū igiꝬ iudicio
medicoꝝ ipius impossibilis esset curatio:
pꝛo eo ꝙ putrescēti bꝫ plagis exeis fetoꝛ tā
intollerabilis exhalaret. vt etiam ipa eius
vxoꝛ vehemēter hoꝛreret nullisqꝫ iam hu
manis iuuari posset remedijs. Cōuertit se
ad beati patris patrociniū quāta poterat
deuotiōe poscendū. Et ecce astitit q̄dā in
habitu fratris minoꝛis ꝑ fenestram vt ei
videbaꝬ ingressus: qui vocās eum ex noīe
dixit Quia fiduciā i me habuisti ecce dn̄s
liberabit te. A quo cū eger q̄s esset inq̄re
ret. Franciscū ille se esse rn̄dit. Et stati vul
nerū illius ligaturas resoluit suisqꝫ mani
bus tetigit Ad cuius ꝯtactū mox pꝛistine
datus est sanitati quo facto beatus pater
abscessit Et ipe sentiēs se sanatū ⁊ in vocē
diuine laudis ⁊ beati francisci letāter erū
pens vocauit vxoꝛē. At illa celerius cur
rēs ⁊ stare iam videns quē sepeliēdū cre
debat in crastino cū esset stupoꝛe perterri
ta viciniā totaꝫ clamoꝛe cōpleuit. Accur
rētes aūt sui cū illū crederēt tanqꝫ freneti
cū in lectulo reponere: ⁊ ille cōtra renitens
assereret: ⁊ ostēderet se sanatū tāto sunt stu
poꝛe attoniti vt quasi sine mēte oēs affecti
fantāsticū esse crederēt qđ videbant. quia
quē paulo ante cōspexerāt plagis attrocis
simis laniatū ⁊ totū iam marcidū: plena
cernebāt incolumitate iocundū. Ad quos
ille qui factus fuerat sanus nolite timere
inq̄t nolite credere inane qđ cernitis: quia
sanctus franciscus modo a loco recessit et
illarū sacraꝝ manuū tactu me integre ab
omni plaga curauit. Quo miraculo viso
oēs deū pariter laudauerūt. Cōcludit er
go sanctus Bonauē. dicēs. Digne quidē
beatus pater carne iam moꝛtuus ⁊ viuēs
cū xp̄o. presentie sue ostensione mirabili: et
manuū suaꝝ palpatione sua ui vulnerato
letaliter viro sunitatē cōcessit cū illius i se
stigmata tulerit: q̄ misericoꝛditer moꝛiens
⁊ mirabiliter surgēs vulneratū genus hu
manū ⁊ semiuiuū relictū plagaꝝ suaꝝ vir
tute sanauit. Ecce qđ ex omī parte relucet
veritas stigmatū francisci q̄ a viris pꝛestā
tissimis ⁊ sanctitate mira fulgētibꝫ vt pa
tuit tam multipliciter cōfirmatur.

Qꝫ ex impꝛessiōe stigmatū triplici decoꝛa
tur sublimi pꝛerogatiua franciscus.

Capitulum. II.

SEcundū mysteriū cō
tēplandū de stigmatibꝫ illis sa
cris dicitur sublimitatis. In q̄
diligēter pscrutari debemus: ꝙ sublimis
inter sanctos franciscus fuerit effectus ꝓpt
stigmata sibi data. Et hoc triplici rōne.

¶ Primo ratiōe operis excedētis.

¶ Scđo rōne similitudinis excellētis.

¶ Tertio ratiōe gloꝛie resurgētis.

¶ Primo apparet sublimitas ⁊ pꝛeroga
tiua francisci ratiōe opis excedētis Quia
deus in coꝛpoꝛe illo fecit opꝰ supnaturale

naturā excedēs. Ad qd̄ clarius intelligen
dū tres difficultates erūt absoluēde. Pri/
ma vtrum stigmata francisci poterūt esse
a natura vel artificio. Scd̄a vtrū stigma
tizatio Francisci ānumerāda sit inter ma
xima miracula dei. Tertia vtrū illud mi/
raculū fuit ꝑmanēs aut ꝑtransiens ꝛ suc/
cessiuū. Ad primā difficultatē dicimus ꝙ
francisci stigmata nō fuerūt a natura ne/
ꝗ ab arte sed a ꝟtute omipotētis dei. Qd̄
colligere possumus ex his q̄ dicta sunt in
p̄cedētibus testimonio gregorij ꝛ alexan/
dri atꝗ alioꝝ. Sed fortius id ostendim⁹
triplici ratione:

¶ Primo ratione materie.
¶ Scd̄o ratione forme.
¶ Tertio ratione vite.

¶ Primo ratiōe materie. Nam stigmata
illa impssa fuerūt in materia dura in loco
ossoso ꝛ neruoso vbi nō facit casum imagi
natio. Qd̄ ꝓpterea dicimus qꝛ plerīꝗ con
tēdere satagūt potuisse fieri ꝙ ex vehemē/
tissima imaginatiōe passionis xp̄i. franci/
scus illas plagas habuerit qꝛ vt dicit aui
cenna in sexta parte naturaliū imaginatio
fortis potest corpus trāsmutare. Sed hoc
nō est intelligendū in omībꝫ. Vn̄ Tho. in
iij. parte. q. xiij. disputās vtrū aīa xp̄i ha
buit omipotentiā respectu ꝓprij corporis
in respōsione ad tertiū argu. ait ꝙ imagi/
nationi si sit fortis naturaliter obedit cor/
pus q̄tum ad aliqua. puta q̄tū ad casuꝫ
de trabe in alto posita: qꝛ imaginatio nata
est esse principiū motus localis vt dicitur
tertio de aīa. Similiter etiā q̄tum ad al/
terationē q̄ est ẜm calorē ꝛ frigus. ꝛ alia cō
sequētia eo ꝙ ex imaginatione cōsequen/
ter nate sunt cōsequi passiones aīe ẜm q̄s
mouet᷑ cor ꝛ sic ꝑ cōmotionē spirituū totū
corpus alteratur. Alie ꝟo dispositiōes cor
porales q̄ nō habēt naturalē ordinem ad
imaginationē: nō trāsmutātur ab imagi/
natōne q̄tumcunꝗ sit fortis. puta figura
manus vel pedis: vel aliquid simile: hec
Tho. Materia igit᷑ illa ossiū ꝛ neruoruꝫ
corporis francisci nō habebāt dispositionē
vt ꝑ imaginationē illo modo trāsmutare/
tur. Scd̄o ostēdimus ꝙ stigmata fuerūt
supernaturaliter ꝛ diuina virtute corpori
francisci depicta ratione forme: nō eñ tm̄
erat apertura in manibꝫ pedibus ꝛ latere
Sꝫ i manibꝫ ꝛ pedibꝫ videbātur claui dei
artificio fabrefacti. De q̄bus dicit Bona
uētura in c. de stig. In manibꝫ ei⁹ ꝛ pedibꝫ
apparere ceperūt signa clauoꝝ ipsoꝝ ca/
pitibus i interiori parte manuū ꝛ superio/
ri pedū apparētibus: ꝛ eoꝝ acuminibꝫ exi
stētibus ex aduerso. Erātꝗ clauoꝝ capi/
ta in manibꝫ ꝛ pedibus rotunda ꝛ nigra.
Ip̄a ꝟo acumina oblonga retorta ꝛ reper/
cussa q̄ de ip̄a carne surgētia carnē reliquā
excedebāt. Siq̄dē repcusso ip̄a clauoruꝫ
sub pedibus adeo ꝓminēs erat ꝛ extra ꝓ/
tensa: vt nō solū plantas solo libere appli/
cari nō sineret: verū etiā intra curuationeꝫ
circualē ip̄oꝝ acuminū faciliter imitti va/
leret digitus manus. sicut ꝛ ab eis ip̄e ac/
cepi qui oculis proprijs cōspexerūt. Et in
ca. de transitu mortis Bonauē: ita seq̄tur
Cernebant᷑ q̄dē in mēbris illis felicibꝫ cla
ui ex ei⁹ carne ꝟtute diuina mirifice fabre/
facti. sicꝗ carne eidē vniti ꝙ qui a parte q̄/
libet ꝓmerētur ꝓtinus quasi nerui cōtinui
ꝛ duri ad partē oppositā resultabāt. Siq̄s
igit᷑ cōsideret illoꝝ clauoꝝ ꝯditionē facile
ꝯp̄hēdet stigmata illa dei sola potētia fuis
se formata. Tertio oñdimus ꝙ stigmata
Francisci fuerūt miraculosa ratiōe vite nō
eñ potuisset ꝑ naturā viuere duobꝫ annis
beatus franciscus plagatus in q̄nꝗ locis
spasmosis ex q̄bꝫ cōtinuo fluebat sanguis
cū dolore vehemētissimo: nō solū corporis
imo ꝛ cordis ex memoria passionis dñice.
Neꝗ vsus ē ꝓ toto tꝑe illo aliquo vnguē/
to vl̄ medicina. Sꝫ tm̄ pānis restringebat
sanguinē emanentē: quē sexta feria libere
ꝓdire sinebat. Et qd̄ ad hoc miraculū au
get erāt ille plage odore fragrātissime: ex
quibus nulla vnꝗ putredo vel imūdicia
causata fuit. Scd̄a difficultas erat vtruꝫ
stigmatizatio francisci ānumerāda sit int᷑
maxima miracula dei. Et vt hoc melius
intelligatur audiēda ē sentētia sctī Tho:
i. ꝑte. q. cv. ar. vlt. vbi ait ꝙ nihil potest di/
ci miraculū ex cōparatiōe diuine potētie.
qꝛ qd̄cūꝗ factū diuine potētie cōparatū ē
minimū. Vn̄ Aug⁹. in ep̄la ad volusianū
inq̄t. in rebꝫ mirabiliter factis tota rō facti
ē potētia facientis. q̄ scꝫ est ea dē ꝛ q̄ vniuer
sa miracula fuit. Sed dicit᷑ aliq̄d miracu/

lū ꝑ cōparationē ad facultatē nature quā
excedit. ⁊ ideo ſm ꝙ magis excedit facul/
tatē nature. ſm hoc dicit̃ maius miraculū
Excedit aūt aliq̇d facultatē nature tripli/
citer Primo q̄tū ad ſubſtantiā facti ſic̄ ꝙ
duo corporea ſint ſimł' vel ꝙ ſol retrocedat
aut ꝙ corpus humanū glorificet̃ qđ nullo
modo natura facere pōt. ⁊ iſta tenēt ſum/
mū gradū in miraculis. Scđo aliq̇d exce
dit facultatē nature nō q̄tū ad id qđ fit. ſꝫ
q̄tū ad id in quo fit. Sic̄ reſuſcitatio mor
tuoꝝ ⁊ illūinatio cecoꝝ ⁊ ſimilia. pōt em̄
natura cauſare vitā: ſꝫ nō in mortuo poteſt
p̄ſtare viſum: ſed nō in ceco. Et hoc tenēt
ſm locū in miraculiſ Tertio excedit aliq̇d
facultatē nature q̄tū ad modū ⁊ ordinem
faciendi. Sicut aliq̇s ſubito ꝑ v̄tutē diui/
nā a febre curat̃ abſq̄ cōſueto ꝓceſſu natu
re in talibus. Et cū ſtati mare cōdēſat̃ in
pluuias v̄tute diuina abſq̄ naturalibꝫ cau
ſis. ſic̄ factū ē ad p̄ces ſamuelis ⁊ helie. Et
hec tenēt infimū locū in miraculis. Que/
libet tn̄ hoꝝ habēt diuerſos gradus ſm ꝙ
diuerſimode excedūt facultatē nature. hᶜ
Tho. Cū itaq̄ ſtigmatizatio franciſci ſit
opꝰ tale q̄le neq̄ natura fec̄ neq̄ facere pōt
videt̃ ꝙ ꝓpter ſb̄am facti ſit cōnumerāda
inter maxima miracula dei. Tertia diffi/
cultas an miraculū ſtigmatizatōis fuit ꝑ
manēs vel ꝑtranſiēs ⁊ ſucceſſiuū: Nā in il
luminatiōe ceci q̄uis potētia viſiua mira/
culoſe det̃ tn̄ poſt acceptā illā potētiā ſecꝰ
naturaliter videt ita ꝙ miracula amplius
nō ꝑmanēt licet illūinatio fuerit miracu/
loſa: Stigmatizatio Franciſci miraculo/
ſa fuit: dū ſtigmata illi ſunt impſſa Sꝫ mi
raculū idē ꝑmāſit. q꞉ ſemꝑ videbat̃ res ſu
pernaturalis. videbātur q̇ppe manꝰ ⁊ pe/
des cōclauati cū illis cōdictōibꝫ q̄ superiꝰ
poſite ſunt. Et erāt illi claui ſeꝑati a car/
ne mouebāt̃q̄ in vulneribꝫ illis. nec pote/
rāt inde extrahi ꝓpter repcuſſionē Fertur
q̇ppe ꝙ dū corpus ſc̄i trāſportaret̃ a ſancta
maria de angelis v̄ſus aſſiſiū: delatū fuit
ad monaſteriū ſc̄ti damiani: in q̊ moraba/
tur v̄go feruētiſſima clara: q̄ accipiēs ma
nū corꝑis iam defuncti p̄ deuotiōe nimia:
illā oſculabat̃. tēptauit aūt ex vulnere cla/
uum extrahere neq̄ potuit qđ ⁊ demū di/
miſit. ¶ Scđa apparet ſb̄limitas ⁊ p̄roga

tiua franciſci ꝓpter ſtigmatizationē: rōne
ſil̄itudinis excellētis. Jpe q̇dē ſimilis fa/
ctus ē filio dei. Notādū tn̄ ꝙ triplex ſimili
tudo pōt diſtingui. Prima dꝛ̄ ꝑſonalis et
oīmode idēptitatis q̄ ē ꝑ ꝯueniētiā oīmo/
dā in natura ⁊ ſic vna ꝑſona ē alteri ſil'is ī
trinitate vt dicit ſc̄tūs Bonauē. i. ij. di. xvi
⁊ h̄ nō pōt cōuenire alicui nature neq̄ hu
mane neq̄ angelice. vn̄. i ps̄. dixit ꝓpheta
deus q̇s ſimilis erit tibi. q̄ſi. di. nullus eſt.
Scđa ē ſil̄itudo ꝓportionalis dicta ſm ꝓ/
portionē. Sic̄ ꝯueniūt ⁊ ſil'es ſunt nauta ⁊
auriga: h̄ mō oīa aſſimilat̃ deo: inq̄tū i ea
vna: ſunt tres potētie realiter diſtincte: ſic̄
in vna eſſentia diuina tres ꝑſone. Sil̄iter
oīa q̄ ſūt a deo aſſimulāt̃ ei vt dicit Tho.
i. ꝑte. q. v. inq̄tū ſunt entia: vt p̄mo ⁊ vni/
uerſali p̄ncipio totius eſſe. Tertia ē ſil̄itu/
do corꝑalis in manibꝫ pedibꝫ ⁊ latere mi/
raculoſe ſignatis: ⁊ h̄ vſq̄ nūc cōuenit ſoli
franciſco de q̊ ſic ſcribit Bonauē. Deſcē/
dit angelicus vir franciſcus de mōte ſecū
ferēs crucifixi effigiē nō in tabulis lapide/
is vel ligneis manu figuratā artificis. ſed
in carneis mēbris deſcriptā digito dei vi/
ui. Et iteꝝ de eo dic̄. Dextrū q̊q̄ latus q̄ſi
lancea trāſfixū rubea circatrice obductuꝫ
erat: qđ ſepe ſāguinē ſacrū effundēs tuni/
cā ⁊ femoralia in tanta copia reſꝑgebat vt
poſtmodū frēs ſocij ea lauātes ꝓ rꝑe indu
bitanter aduerterēt: ꝙ ſic̄ in manibꝫ ⁊ pe/
dibus ſic ⁊ in latere famulus dn̄i expreſſe
haberet impreſſam ſimilitudinē crucifixi.
Tertio apparet ſublimis p̄rogatiua fran
ciſci ꝓpter eius ſtigmatizationē: ratiōe glo
rie reſurgētis. Nā ſicut de martyribus re/
fert Augꝰ. li. xxij. de ciui. dei. ꝙ reſurgēt cū
cicatricibus q̄ ad ornatū faciēt ⁊ decorem
corporū: nō ad aliquā deformitatē. Jta
pie tenere poſſumus: ꝙ franciſcus cū illis
ſignis cū quibꝫ ex hac vita diſceſſit ad vi/
tam īmortalē reſurget.

Qꝫ ſtigmata fuerūt impreſſa franciſco ſa
tis congrue reſpectu perſone loci ⁊ modi.

Capitulum. III.

TErtium myſteriū con/
tēplādū de ſtigmatibꝫ bti Frā/
ciſci dicitur cōgruitatis licꝫ em̄

inuestigabiles sint vie dei nihil tamen ab
eo fieri arbitrādū est nisi in pondere nu/
mero ⁊ mensura. Id circo dñ franciscū vo/
luit cōsignaro ꝯueniēter ac rationabiliter
id effecit. potest aūt colligi cōgruitas talis
stigmatizatiōis ex triplici respectu.
¶ Primo respectu ꝑsone.
¶ Scđo respectu loci.
¶ Tertio respectu modi.
¶ Primo q̄ [illegible]dā cōgrui sunt illa stigmata
impressa francisco respectu ꝑsone. Elegit
q̄dē deus illū vt tēporibꝫ istis nouissimis
verbo ⁊ exēplo ad regnū celeste hoīes inui
taret confirmaretq̄ꝫ doctrina sua in fide q̄
iā pene vbiq̄ꝫ defecerat Quis igit̄ illū au
dire recuset. Quis ei de imortali vita do/
cēti nō credat dū videt̄ in illo corpore regis
eterni admiraculū vexillū Propterea in/
quit Bonauē. alloquēs sctm̄ Franciscū.
Eya nūc strenuissime miles xp̄i ipsius fer
arma inuictissimi ducis: quibꝫ munitis in
signiter oēs aduersarios supabis. Fer ve/
xillum regis altissimi: ad cuiꝰ in uitū oēs
pugnatores diuini exercitus animentur.
Fer nihilominus sigillū summi pōtificis
xp̄i quo verba ⁊ facta tua tāq̄ꝫ irreprehen
sibilia ⁊ autētica merito ab omibus acce/
ptent̄. Ita em̄ ꝓpter stigmata dñi iesu xp̄i
quē in corpore tuo portas: nemo tibi debet
esse molestus q̄n potius quilibet xp̄i fuus
debet esse deuotus. Iam ꝑ hec signa certis
sima: nō duobꝫ aut tribus testibꝫ ad suffi/
cientiā: sed q̄ꝫ plurimis ad supabundātiā
cōprobata testimonia dei in te ⁊ ꝑ te credi/
bilia facta nimis: omē tollūt infidelibꝫ ex/
cusatiōis velamen. hec Bonauē. Quare
aliis a francisco nō fuerūt stigmata data n̄
est nostrū inuestigare sed nouit ille q̄ fecit
cuiꝰ opa cūcta optia sunt cēsenda. ¶ Se/
cūdo colligit̄ cōgruitas stigmatū Franci/
sci respectu loci. impressa q̄dā fuerunt loco
cōuenienti scꝫ in mōte aluerne: vt sic depre/
hēdi possit operis magnitudo. Nam grā/
dia facta in mōtibus celegrata legūt̄ post
diluuiū requieuit archa in mōtibꝫ armenie
vt scribit̄ Geñ. viii. c. In mōte betthel ste/
tit abraā egressus a patria. vt ptꝫ Geñ. xii
ca. In monte galaath stetit Jacob fugiēs
laban: Geñ. xxxiii. ca. In mōte synai moy/
ses legē accepit. Exodi. xx. c. In mōte ga/
ritzim filii israel adorauerūt dñm q̄ñ ꝑmo
intrauit terrā ꝓmissiōis: ⁊ Paralyp̄o. vi.
ca. Io monte moria edificatū fuit tēplum
Salomonis iii. Reg. lx. c. In mōte tabor
trāsfiguratus est xp̄s Math. xvii. ca. De
mōte oliueti ascēdit ad celos. Act. i. Et ne
singula cōplectamur. In mōte aluerne cō
signatus fuit signis passionis Franciscus
Ille siq̄dē mōs separatus est ab aliis: ad
innuendū q̄ franciscus penitus fuit alie/
nus ab honore mūdanoꝝ. Est insup ele/
uatus ad significādū q̄ beatꝰ frāciscus ele
uatus erat ad cōtemplationē diuinorū: et
amorē bonoꝝ celestiū. Et ad hoc ille mōs
in plerisq̄ꝫ locis apertus vbi scissure viden
tur q̄si violēter: nō naturaliter facte: possi/
bile esset vt tēpore illo ita eueniret: q̄ petre
ille scisse sunt patiente in cruce iesu filio dei
¶ Tertio colligitur congruitas stigmatū
Francisci respectu modi qui exprimitur a
sctō Bonauē. dū ait. Fidelis reuera famu
lus ⁊ minister xp̄i franciscus: biennio an/
teq̄ꝫ spiritū redderet celo: cū in loco excel/
so seorsum q̄ mōs aluerne dicitur quadra
genariū ad honorē archangeli michaelis
ieiuniū inchoasset supne cōtēplatiōis dul
cedine abundātius solito superfusus ac ce
lestiū desiderioꝝ ardētiore flāma succen/
sus supernarū cepit iussionū cumulatius
dona sentire. Dū igitur seraphicis deside
rioꝝ ardoribus sursum ageretur in deū et
affectus: compassiua teneritudine trāsfor/
maretur in eū: cui ex charitate nimia cru/
cifigi cōplacuit: quodā mane circa festū ex
altationis sancte crucis in lattere montis
orās: vidit speciē quasi vnius seraph: sex
alas tā fulgidas q̄ꝫ ignitas habentē de ce
loꝝ sublimitate descēdere q̄ volatu celerri
mo ad aeris locū viro dei ꝓpinquū ꝑueni/
ens: nō solum altus: sed ⁊ crucifixus appa
ruit. Manus q̄dē ⁊ pedes habēs exten/
sos ⁊ cruci affixus. Alas vo sic miro mo/
do hincinde dispositas: vt duas supra ca/
put erigeret ad volādū extēderet: duabꝫ vo
reliq̄s totū corpus circūplectēdo velaret.
Hoc vidēs vehemēter obstupuit mixtū/
q̄ꝫ dolori gaudiū mēs eius incurrit: dū et
in grōso xp̄i aspectu sibi tā mirabilit̄ q̄ꝫ fa/
miliariter apparēti ſ excessiuā q̄ndā ꝯcupie
bat leticiā ⁊ dira ꝯspecta crucis affixio ipiꝰ

aīam ꝯpassiuī doloris gladio ꝑtransibat:
Et infra sequit᷑. disparēs igit᷑ visio post ar
chanū ac familiare colloquiū mentē ipius
seraphico interius inflāmauit ardore. car/
nē ꝟo crucifixo ꝯformi exterius insigniuit
effigie: tanq̄ꝫ si ad ignis liquefactiuā ꝟtu/
tem p̄ambulū: sigillatiua quedā esset im/
pressio subsecuta. Ex his loculenter appa
ret q̄ꝫ digna q̄ꝫ singularꝫ q̄ꝫue stupēda fue
rit impressio illoꝝ stigmatū. nec titubare
quispiā dꝫ de apparitiōe xp̄i: q̄ in spē sera/
phi ⁊ veluti crucifixus videri voluit: q̄m
hmōi apparitio ꝯueniebat tali mysterio.
Nono q̄ppe mō crucifigendus erat franci
scus: atq̄ꝫ ardore seraphico debebat inflā/
mari. Quare vt discipuli euntes ī emaus
viderūt illū in specie peregrini: ⁊ magdale/
na q̄si hortulanū inspexit: ⁊ stephanus ve
luti stantē a dextris dei agnouit: ⁊ paulus
ingēti luīe decoratꝰ intuitꝰ est: ita franciscꝰ
regē celoꝝ ⁊ dn̄m glorie veluti crucifixū si/
bi apparentē adorauit. O felices oculi qui
meruerūt adhuc in hac vita mortali tali vi
sione gaudere. O aures bti francisci q̄ a
redemptore mundi vigilanter vocari se ꝑ
ceperūt. O corpus oī mundicia repletū: in
q̄ mirabiliter xp̄i vulneraꝗ̄ renouata: hec
igit᷑ sunt illa stigmata: speculū imortalita
tis: spes vite future: firmitas fidei: ⁊ dn̄i no
stri iesu xp̄i validissimū testimoniū: hec s̄t
q̄ tota mētis deuotiōe a cunctis fidelibꝫ s̄t
colenda. Hec sunt q̄ franciscus offert ostē
dit xp̄o. dum pro fidelibꝫ intercedit. Pa/
ter quidē dei ōn̄dit pectus ⁊ vbera: filius
latus ⁊ vulnera. ⁊ franciscus sua sacra sti/
gmata. Quibꝫ interueniētibꝫ: eum inuocā
tibꝫ ipetrat exoptata bn̄ficia: ⁊ tandē gra/
tiā in p̄n̄ti ⁊ in futuro gloriā. Amen.

¶ Sermo quadragesimusquintus de tri/
bus excellentiis beati Francisci.

Vidi alterū angelum
ascendentē ab ortu solis ha/
bentē signū dei viui: ⁊ clama
uit voce mag̃. Scribunt᷑ hec
verba Apoc. vij. c. preclarissima bti franci
sci preconia excedunt quidē multūq̄ꝫ sup/
eminēt oēm hūani eloquij facultatē. Abū/
danit quippe in eo grā saluatoris nr̄i quez
pr̄ misericordiaꝝ ⁊ luminū tam larga dulce
dinis bn̄dictiōe p̄uenit q̄ sic ex vite ipius
decursu luculenter apparet. nō solū de mū
dialibꝫ tenebris eduxit in lucē: sꝫ ⁊ ꝑfectis
effecit virtutū p̄rogatiua ⁊ meritis celebrē
necnō preclarꝫ circa eū crucis ostensis my
sterijs insigniter demōstrauit illustrē. Li/
cet ḡ in p̄cedenti sermone franciscū mira
laude fuerimꝰ prosecuti: ex eo q̄ signa cru/
cifixi biēnio tulerit: nihilominꝰ offerūt se
q̄ꝫ multa memorata digna de ipo adhuc
differenda: hec ꝟo a Johe s̄t designata in
verbis assumptis pro themate: in quibus
triplex excellentia sancti Francisci expri/
mitur vel ꝯtinetur.
¶ Prima dr̄ diuinalis missiōis.
¶ Scđa virtualis perfectiōis.
¶ Tertia singularis magnificatiōis.
¶ Qꝫ beatus frāciscus fuit missus a deo
qđ probat᷑ quinq̄ꝫ rōnibꝫ. Ca. I.

Prima excellentia bea
ti francisci dr̄ diuialis missiōis
q̄ exprimit᷑ a Johe cū dicit. vidi
alteꝝ angelū. s. btm̄ franciscū dei nunciū:
amabilē xp̄o: imitabilē nob: ⁊ admirabilē
mūdo. Ipe quidē fuit a deo missus vt ho/
mines excitaret ad desideriū supnoꝝ: ne/
q̄ꝫ dyaboli suggestiōe aut spirituū ⁊ humo
rū melanconicoꝝ abundantia motus: sed
spū scō afflatus tres ordines ordinauit: ab
renūciauit mundo parentes reliq̄t: ⁊ xp̄m
studuit imitari. Qꝫ aūt ds franciscū elege
rit veluti nouū apl'm q̄ vitā euangelicā re
nouaret probari pōt ex q̄nq̄ꝫ.
¶ Prio ex ꝓphetica p̄ nunciatiōe.
¶ Scđo ex speciali vocatiōe.
¶ Tertio ex multiplici visiōe.
¶ Quarto ex autentica testificatiōe.
¶ Quinto ex mundi ꝯmotiōe.
¶ Primo ꝓbari pōt q̄ beatus franciscus
fuit electus a deo cuiꝰ auctoritate tā scrās
nouitates induxit: ex ꝓphetica p̄nunciatiō
ne. Nā de ipo ꝑ multa antea secula ꝓphe/
tauit sibylla: q̄ fuit tp̄e regis priami ⁊ tro/
iani belli: q̄ dum p̄dixisset xp̄m venturū in
mundū atq̄ꝫ ꝑ illū aplos eligendos: tandē
btōꝝ dn̄ici ⁊ fancisci p̄nunciauit aduentū
Inq̄t ḡ sic. in vltima etate humiliabit᷑ ds
⁊ humiliabit᷑ ꝓles diuina: iunget᷑ huma/
nitati deitas: iacebit in feno agnus: ñ puel

lari officio educabit͛ ꝺs ⁊ hꝺ. Signa ꝑce/
dent a pꝺ iudeos: mulier vetustissima. s. he
lizabeth puerum cõcipiet Boetẽ. scilicet
stellam orbis mirabitur. Ducatũ presta/
bit ad ortum scilicet christi. Hic habens
penes triginta tres annos elegit sibi de pi
scatoribus deiectis numerũ duodenariũ:
vnũq; dyabolum scilicet iudam. Non in
gladio: belloue eneadẽ vrbẽ. s. romã reges/
q; subijciet Sz in hamo piscatori deiectõe
⁊ pauperie supabit. diuitias ⁊ supbiã ꝯcul
cabit: morte ꝓpria mortuos suscitabit: et
cũ mactabit͛ viuet ⁊ regnabit. Et cũ ꝯsu/
mabunt͛ oĩa fiet resurrectio: bonos iudica
bit ⁊ malos. huic quattuor aĩalia surgent
in testimoniũ. s. q̃ttuor euangeliste. nomẽ
agni in tuba ꝯcinẽt ferentes iusticiã legẽ/
q; irreprehensibilẽ. s. euangeliũ: cui ꝯdicet͛
a bestia. s. antixp̃o. Et surget stella mira. s.
paulus q̃ttuor hñs aĩaliũ imaginẽ. Erit/
q; in tuba mirabili dãnatos illuiabit. hic
gladiabit͛: moriẽs illustrabit͛ porro glorio/
sus exitus eius. Erit aũt bestia horribilis
ab oriente veniẽs. s. magumeth: cuius ru/
gitus vsq; ad gentes punicas audiet͛. Se
quit͛ postea sibylla dicẽs de beato dñico ⁊
francisco. stelle q̃z due ꝯsimiles ꝓme insur
gent ꝯ ipam ⁊ nõ obtinebunt vsq; dũ ve/
niat abominatio: ⁊ voluntas altissimi cõ/
sumet͛. Insup abbas Joachim vir eximie
sanctitatis ⁊ ꝓphetico spũ clarens in quo/
dam suo libello ita dixit. Erunt duo viri
vnus hinc alius inde qui duos ordines in
terpretant͛ vnus italus de thuscia. alter hi
spanus de hispania: primus columbinus
secundus coruinus. Et sequit͛. ordo eñi co
lumbinus per mare aquilonare transibit
vsq; ad nouissima tp̃a duraturus aspera
pascua gustabit regina austri proteget ⁊
fouet eum in amaritudine sua: flumẽ eu/
fraten transibit vndã ⁊ impetũ eius sua ꝑ
dicatõe mitigabit. Aspera reducent͛ in pla
num in sermõe eius. Terra salsuginis. i.
egypti ad dñm ꝯuertet͛ per ip̃m. In eadẽ
terra secure euangeliũ predicabit: multe
gentes per ip̃m ordinẽ ad dñm ꝯuertent͛.
gens idolatra cuius lingua ignorabit͛: q̃
de finib; terre veniens missa a deo in ad/
iutoriũ terre promissiõis: ⁊ vt ip̃a cogno/
scat deũ patrẽ oĩpotentẽ ⁊ filiũ eius vni

cum dñm nostrũ ad fidẽ catholicã ꝯuerte
tur. futuꝝ est eñi q̇ ordo columbinus viri
liter se opponet ꝯ mortis angelũ. Et ꝯtra
eum predicando plures ⁊ maxia multitu
do de filijs ipius ordinis martyrio ad deũ
transibunt. Sicut dictũ est per dauid pro
phetã. Posuerũt mortalia seruoꝝ tuorum
escas volatilib; celi carnes sctõꝝ tuoꝝ be/
stijs terre gaudebũt in canticis suis. i. pre
dicatiõib; oẽs trib; terre: ⁊ gens ĩmun/
da machometi q̃ remanebunt: ⁊ q̃ residui
erũt ad dñm ꝯuertent͛. Hec ille. Qui etiã
in expositiõe Hiremie in prologo. c. i. mul
ta similia locutus ẽ. Et qꝺ ore ꝓphetauit
demõstrauit opere. Nam depingi cũ fecit
in eccĩa sancti Marci de venetijs: cũ sti/
gmatib; sup ostiũ sacristie: sicut hodierna
die cernẽtib; patet. Item de beato franci/
sco multa predixit Cirillus abbas mõtis
carmeli: cui ab angelo dum celebraret de/
late fuerũt due tabule scripte litteris gre/
cis: in quib; multa erãt de beato francisco
ventura. ¶ Scꝺo probari potest q̇ beatus
franciscus fuit electus ⁊ vocatus a deo ex
speciali vocatiõe. Dum eñi adolescentib;
in domo parentũ adhuc cohabitãs: ad hoc
egressus semel vt inquit bonauẽ. ad medi
tandũ in agro: cum deambularet iuxta ec/
clesiã quandã sancti damiani: q̃ minabat͛
ꝑ nimia vetustate ruinã ⁊ instigante se spi
ritu eandẽ causa orõnis intrasset prostra/
tus ante imaginẽ crucifixi nõ modica fuit
in orando spũs ꝯsolatõe repletus. Cunq;
lachrymosis oculis intenderet in dñicam
crucẽ. vocẽ de ip̃a cruce ad se miro quodã/
modo delapsam corporeis audiuit aurib;
ter dicentẽ. Francisce vade repara domũ
meã q̃ vt cernis tota destruit͛. Ad cuiꝰ stu
pende vocis ꝯmonitõez mirificã: vir dei ꝓ
mũ quidẽ perterritus: dehinc gaudio ⁊ ad
miratiõe repletus protinus exurrexit totũ
se recolligẽs ad ꝑficiendũ mandatũ de re
peranda materialis eccĩe denuo: licet prin
cipalis intentio verbi ad eã ferret͛ quã xp̃s
suo sanguine acquisiuit: sicut cũ spũssctũs
edocuit: ⁊ ip̃e postmodũ fratrib; sibi fami
liarib; reuelauit. Verũ tamẽ collecta pecu
nia ad ecclesiã illã se ꝯtulit: ⁊ dũ sacerdos
pecuniã recusaret accipere in quandã fen
strã illã proiecit: ⁊ in dicto loco cũ sacerdo

verbū semp in ore habuit. Christe accipe
sp̄m meū: tum tñ ignoraret: hec verba fuis/
se vltima sancti stephani ¶ Tercia gloria
dr̄ plene beatificationis. hanc habet in re/
gno celoꝝ dn̄m clare vidēdo: tenēdo: atqꝫ
fruendo. ibi factus est in pace locus eiꝰ ibi
possessionē hꝫ opulentā. ibi corona ꝛ aureo/
la que dat̄ doctoribꝫ ꝟginibꝫ. ꝛ martyribꝫ:
de q̄ plenius in s̄monibꝫ de virginibꝫ disse
remus. O igit̄ felix iuuētus beati stepha
ni: que morte ꝛ martyrio fuit in melius cō
mutata. O p̄ciosa ꝛ delicata tollerantia.
O dulces lapides torrētis q̄bꝫ tam gran/
de p̄miū eterne vite stephanus ipse ꝓ me/
ruit. mortuus fuit ꝓ xp̄o. Et ecce in eternū
regnat cū christo qui est benedictus in se/
cula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo. L. de innocētibus occisis ab he
rode ascolonita qui christum puerulū ex/
tinguere nitebatur.

SUrge et accipe pue
rum ꝛ fuge in egyptū. Ange
li ad ioseph loquentis verba
sunt ista originaliter Math
ij. ca. ꝛ in euangelio p̄ntis festiuitatis iniq̄/
tas male mentis herodis impij ꝛ crudelis
iesum in cuna vagientē ꝓsequi cepit. Naz
volens illum perimere alios puulos occi/
di iussit credens in numero coꝝ xp̄m ꝯclu/
dere. Qua de re beatissimis illis innocen/
tibꝫ ecclia sancta honorē debitū tribuit sta
tuens hanc solennitatē ad eoꝝ reuerentiā
a fidelibꝫ celebrandā: vt aūt mens xp̄iana
pcipere valeat q̄ta sit obligatio nr̄a ad fi/
lium virginis diligendū q̄ in qualibet eta
te ꝓ nobis pati nō recusauit. In p̄nti s̄mo
ne decurremus ea que de illius peregrina
tione in egyptū ꝛ pueroꝝ interfectione euā
gelica tradit hystoria. vbi tria mysteria se
offerunt ꝯtemplanda.

¶ Primū dr̄ xp̄i peregrinatio.
¶ Secundū herodis malignatio.
¶ Tercium innocentiū coronatio.

¶ Qualiter ioseph monente angelo fugit
cū iesu ꝛ virgine mr̄e in egyptū. Ca. I.

PRimum mysteriū cō/
templandū dr̄ christi ꝑegrina
tio. Et hoc notat̄ in p̄ma parte
euangelij. cū dr̄. Angelus dn̄i apparuit in
somnis ioseph dicens. Surge ꝛ accipe pu
erū ꝛc. Ad quoꝝ verboꝝ explanationem
miciorē tria sunt h̄ loco dubia disceptāda
¶ Primū vtꝝ christus habuit angelū ad
sui custodiam deputatum.
¶ Scd̄m cur angelus apparuit ioseph in
somnis. ¶ Terciū q̄re in sua fuga xp̄s egy
ptum petijt. ¶ Ad p̄mū dixerūt aliqui q̄
christus habuit angelū ad sui custodiam.
Nam Luce. ij. scribit̄ q̄ angelus annūcia
uit pastoribꝫ xp̄i natiuitatē qui potuit esse
angelus eius custos. Et Luc. xxij. ca. dicit̄
Ecce apparuit ei angelus dn̄i ꝯfortās eū.
vbi Beda ait. In testimoniū vtriusqꝫ na/
ture angelus eum cōfortasse ꝛ angelus ei
ministrasse describit̄. Insup xp̄s iesus s̄m
humanā naturā ꝛ passibilitatis statū fuit
paulominus ab angelis minoratus: vt do
cet magister sententiaꝝ in. i. di. xvi. Unde
q̄tum ad hoc videbat̄ angelico indigere
p̄sidio. Adhuc angelica custodia facit ad
aie dignitatē. Vn̄ Hiero. sup Mat. xviij.
ca. Magna inquit est dignitas aiaꝝ vt
vna queqꝫ ab ortu natiuitatis sue in sui ꝓ/
fectū ꝛ custodiā hēat angelū specialr̄ depu
tatū. Aia aūtē xp̄i cū sit nobilissima nō dꝫ
tanta dignitate p̄uari. Sed ꝯtrariū tenēt
docto. in. ij. sententiaꝝ di. xi. vbi dicit sctūs
Bonauen. q̄ christꝰ nō indigebat angelo
custodiente: q2 aduersarius nō poterat op
primere ꝑ violentiā corpus diuinitati vni
tū: nec poterat seducere ꝑ astutiā intellectū
plenarie a ꝟbo illustratū: nec poterat alli/
cere ꝑ blanditias affectū plenitudine gr̄e
ꝯfirmatū. Jō xp̄s nō indigebat angelo bo
no: nec q̄tū ad corpis defensionē: nec q̄tū
ad eruditionē rōis: nec q̄tū ad incitatiōez
affectiōis nō ꝯpetebat etiā ipsi xp̄o hr̄e an
gelū custodē: q2 custodia in custodiente re/
spcū custodiri dic̄ p̄sidētiā q̄ndā. ꝛ q2 agit̄
xp̄o dn̄o liberātiō nullū officiū p̄sidētie ipis

ter videnť: ita aliqua effigies corꝑalis non
angelis respectu ꝯmitti debebat. Quicq̄d
aūt de scripturis allegatū est ꝯtrarium: de
angelis administrantibꝫ ⁊ seruientibꝫ ipsi
xp̄o nō de ꝑsidentibꝫ est intelligendū: nūq̄ꝫ
eñ sic minoratus est xp̄s ab angelis vꝫ ali
quis angelus auderet ei ꝑsidere: cū ita bñ
sit adorandus xp̄s in cruce ⁊ in sua infir/
mitate: sicut cū apparebit in sua virtute
Cum ꝟo dicebať ꝙ angelica custodia fa/
cit ad hoīs dignitatē. Dicendū ꝙ custodi
ri ab angelis: ita dicit dignitatē in aīa re/
spectu aliaꝝ creaturaꝝ que non cōmituť
angelice custodie: vt tñ dicat imꝑfectionē
respectu angeloꝝ beatoꝝ qui aliena custo/
dia nūq̄ꝫ egent. Et quia aīa xp̄i ab instan/
tisue ꝯceptionis erat ꝑfecte beata angeluꝫ
custodientē nō debebat habere: sed bñ mi
nistrantem nō vnū tm̄ sed etiam plures.
¶ Scōm dubiuꝫ fuit. Cur angelus appa/
ruit ioseph in somnis. Ad qđ rñdet Cryš.
in omelia dicens. Ideo nō apparuit mani
feste sicut pastoribꝫ: qꝛ valde fidelis erat:
pastores indigebant quasi rudes. virgo in
diguit quasi de maximis instruenda. Si
militer Xacharias indiguit ante ꝯplis cō/
ceptionem visione mirabili. At remigius
aliam rōnem assignat moralē dicens ꝓ h̄
ꝙ angelus in somnis apparuisse dr̄: mysti/
ce designať: qꝛ illa a curis terrenis ⁊ secľa
ribus negocijs requiescūt. ꝑfrui angelica
visione merenť. Dixit ergo angelus sic ap
parēs ioseph accipe pueꝝ ⁊ matrē eius. nō
dicit accipe matrē ⁊ puerū eius. qꝛ vt dicit
Crisš. nō ꝓpter matrē puer natꝰ est sꝫ ꝓpter
puerū mr̄ ꝑparata. Et notanter dixit ma/
trem eius nō ꝯiugem tuā: sicut anteq̄ꝫ xp̄ꝫ
peperisset: vt ostendereť matris xp̄i virgi/
nitas. vt ponit Illarius sup Matheum.
¶ Terciū dubiū fuit cur in sua fuga xp̄us
egyptū petijt. Ad qđ rñdet euangelista: vt
impleret inquit qđ scriptum est ꝑ ꝓpham.
Ex egypto vocaui filiuꝫ meū insup Esa.
xix. ca. ita ꝓphetauit. ascendet dn̄s sup nu/
bem leuem ⁊ ingredereť egyptum ⁊ moue
buť simulacra egypti a facie eius. Narrat
magister in historia scholastica. ꝙ ea nocte
xp̄s cū matre intrauit egyptū qua ꝑcepto
suo exiuerant filij israel. Et sicut tunc non
fuit domus in qua nō iaceret mortuus an
gelo ꝑcutiente sic ipso ingrediēte nō fuit tē
plū in quo idolum nō corruerit de egypto.
Isidorus in. xiiij. ethimologiarū libro. ita
scribit. egyptus prius aerea dicebať: deinde
egyptus vocata ab egypto danai fratre ibi
regnante. hec ab oriente syrie est ⁊ mari ru
bro ꝯiuncta. Ab occasu libiam habet a se/
ptētrione mare magnū. Regio celi imbri/
bus insueta ⁊ pluuiaꝝ ignara. nilus solus
circūfluens eā irrigat ⁊ inundatiōe sua fe
cundat: vñ multā terraꝝ patrem fenū ait
Ceteroꝝ q̊ꝫ negocioꝝ adeo copiosa vt im/
pleat mercibꝫ suis etiā orbē terraꝝ. Jam
ad pijssimā iesu matrē redeundū est q̄ egy
ptū petere a ioseph monita fuit. retulit for
te illi spōsus ioseph castissimus excitatus
a somno. O virgo dignissima fugiamus
repente: qꝛ ab angelo didici ꝙ herodes tuū
querit extinguere. filium. Quisnā explicet
q̄ꝫtus timor virginē mentē inuaserit: q̄ꝫ tū
sue dolor ꝑcusserit cor eius benignū. puto
nāq̄ꝫ ꝙ mox filiū in brachijs suscipiens la/
chrymantibꝫ oculis cū ioseph sene puella
iter ad deserta direxit. Contēplare nūc fi/
delis aīa. quot noctes duxerūt insomnes.
quot vicibꝫ sitis estuabāt ardore quotiēs
⁊ absq̄ꝫ cibo ꝑnoctarūt in heremo. Cōpa/
tere aīa mea creatori tuo ꝓ te peregrinanti
Cōpatere ioseph q̄ tm̄ laborat ꝓ viribꝫ vt
necessitatibꝫ mr̄is ac filij succurrat. ⁊ qn̄q̄ꝫ
ꝓpter solitudinē loci qđ q̄rit inuenire nō pt
Cōpatere ⁊ ꝟgini sacratissime q̄ nūc treť
nūc pauet: nūc filiū iter vbera stringit. nūc
faciem eius lachrymis rigat: nūc adorat:
nunc assumptas deplorat penalitates.

¶ De differētia herodis ascalonite: ⁊ alio
rū qui vocati sunt. Et quare nō eodem an
no quo natus est christus fuerūt innocen/
tes occisi. Et de herodis seuitia.

Capl'm. II.

SEcundum mysteriuꝫ
ꝯtemplandū in euāgelio dicit
herodis malignatio. ad qđ bñ
explanandū tria de herode ꝯsideramus.
¶ Primo differentiam.
¶ Scđo sufferentiam.
¶ Tercio maliciam.
¶ Primo ꝯsideremus differētiā. vt eñ col
ligimus ex hystoria scholastica. Tres fue

rūt herodes. Primus ascolonita sub q̄ na
tus est xp̄s. Scd̄s antipas qui decollauit
Johēm ⁊ fuit filius herodis ascolonite.
Tercius dictus est agrippa q̄ iacobū occi
dit ⁊ petrū incarcerauit: ⁊ iste fuit nepos
antipatis. p̄mus fuit inocentū interfector:
¶ Secūdo ꝯsideremus sufferentiā. nō em̄
eoipso q̄ delusus fuit a magis pueros oc/
cidi mandauit. sed post aliqd̄ tp̄s. vt dicit
Nico. de ly. sup̱ Math. cū vellet oēs pue/
ros bethleem interficere ne xp̄us sibi inco
gnitus euaderet. impeditus ē ab executio
ne huius facti. eo ꝙ a cesare augusto ꝑ epi/
stolā fuit citatus. filioꝝ accusationibꝫ rn̄su
rus. eundo aūt romā ⁊ manendo in curia
⁊ redeundo ad iudeā. apposuit annū ⁊ plꝰ
⁊ id̄ fere post duos annos ad regnū suū re
uersus ⁊ in regno cōfirmatus. qꝛ sniam ꝓ
se ꝯtra filios habuit tunc ꝑfecit necem pu
eroꝝ p̄us in mente ꝯceptā. ¶ Tercio ꝯsi/
deremus herodis maliciā tanto nāqꝫ furo
re succēsus fuit neqꝫ herodes ꝙ vt ꝑderet
xp̄m oēs pueros q̄ erant in bethleem ⁊ in
oībꝫ finibꝫ eius occidi mandauerit abima
tu ⁊ infra. i. ab infantibꝫ duoꝝ annoꝝ vsqꝫ
ad pueros q̄nqꝫ annoꝝ. Cui assertiōi fidē
facere videnť q̄dam ossa innocentū adeo
grandia ꝙ pueroꝝ duos annos hn̄tiū esse
nō pn̄t. nisi dixerimus corꝑa tunc maioris
q̄ꝫtitatis fuisse. vł ab imatu ⁊ infra. i. ab in/
fantibꝫ duoꝝ annoꝝ vsqꝫ ad pueros vniꝰ
noctis. vt em̄ ait Aug. in ſmōe. Timebat
herodes ne puer cui astra famulabanť spē
suam infra etatem vel sup̄ paulo transfor/
maret. tunc adimpletū est qd̄ dictum est ꝑ
Hieremiā ꝓphã. vox in rama audita est
ploratus ⁊ vlulatus multus rachel plo/
rans filios suos. vbi Hiero. ait. ꝙ aūt dr̄
in rama nō puteus nomen loci esse qd̄ est
iuxta gabba. Sed rama excelsum interp̄/
tať. vt sit sensus. vox in excelso audita ē lon
ge lateqꝫ dispersa. Vn̄ Criso. sup̱ hoc loco
ait. Ploratus fletū ꝑuuloꝝ ostendit vlula
tus autē matrū significat lamentū. Et qꝛ
in euāgelio dicit̄ rachel plorās filios suos
ſm Nico. de ly. methaphorice est intelligē
dum q̄si rachel sit mater bethleem rōe sue
sepulture: qꝛ ibi sepulta ē. vt hr̄ Gen̄. xxxv
ca. Hinc Hiero. sup̱ Math. ait. Querit̄
quō rachel filios alteriꝰ tribꝫ scꝫ filios be/
thleem quasi suos ploret. Rn̄demus breui
ter: qꝛ sepulta fuit iuxta bthleē in effrata ⁊
materni corpusculi hospiciū nomen mr̄is
accepit: siue qm̄ iuda ⁊ beniamin q̄ de ra/
chele natus est due tribꝫ iuncte erant. Et
herodes p̄ceperat nō solū in bethleē inter/
fici pueros: sꝫ in oībꝫ finibꝫ eius. Vn̄ ꝑ oc/
cisionem bethleem: intelligimuus multos
etiā de beniamin fuisse occisos. o quale edi
ctum irrationale ⁊ crudele. o q̄ꝫ lugubris
⁊ flebilis executio. o q̄ꝫ iniusta ⁊ iniqua oc
cisio. Rapiebanť ꝑuuli q̄dā a pctōribꝫ ma
trū: q̄dā in cuna iacentes: q̄dā blande ꝑen
tibꝫ alludētes: q̄dam vrbane in domibꝫ ꝑ/
ambulantes: ⁊ sine vlla pietate: vel ꝓiicie/
banť ad muros: vel feriebanť gladio: vel
strictis in guttere manibꝫ suffocabanť: vi/
disses tūc in terra iacere cadauera ꝑuulo/
rū: vidisses ⁊ terrā ꝑuuloꝝ sanguie made/
factā: vidisses mr̄es in qualibꝫ domo spar
sis crinibꝫ tā horrendū flagitiū: singulti/
bus lachrymis: ⁊ vlulatibꝫ acclamantes.

¶ Qꝫ innocētes patiēdo ꝓ xp̄o meruerūt
decori corona martirij. Ca. III.

TErcium mysteriū con
tēplandū dr̄ inocentū corona/
tio ipsos vtiqꝫ hac die honorat
ecclia. qm̄ in celis coronā habēt martyrij.
Sed circa h̄ triplex reꝑit̄ dicendi modus.
¶ Primus ē coꝝ q̄ tenēt ꝑuulos istos occi
sos nihil meruisse: eo ꝙ i eis nōdū erat ex/
peditus rōis vsus nec volūtarie ꝓ xp̄o pa
tiebanť. ꝯ q̄s est auctoritas vniuersalis ec
clesie: que illos martyres noīat ⁊ appellat:
vn̄ dicit in orōne. Deus cuiꝰ hodierna die
p̄coniū innocētes martyres: nō loquēdo sꝫ
moriendo ꝯfessi sunt. Et Augꝰ. in ſmone
hodierne festiuitatis ita pulchre loq̄ť. Ho
die fr̄es charissimi natalē illoꝝ infantiū co
limus q̄s ab herode crudelissimo rege in/
terfectos esse euangelij textus eloquiť. Et
id̄ cū sūma exultatione: gaudet terra nr̄a ce
lestiū militū ⁊ tantaꝝ parēs fecūda ꝟtutū.
Ecce ꝓphanus hostis nūqꝫ beatis ꝑuulis
tantū ꝓdesse potuisset obsequio q̄ꝫtū ꝓ fuit
odio. Nā sicut sacra p̄ntis diei festa mani/
festant: q̄ꝫtū ꝯ beatos ꝑuulos iniq̄tas abū
dauit: tantū in eis grā diuine bn̄dictionis
effulsit. Beata es o bethleem terra iuda q̄

herodis regis imanitatē in pueroꝝ extin/
ctione perpessa es: q̄ sub vno tpe candita/
tā plebem imbecillis infantie deo offerre
meruisti: digne tñ illo natalem colimus q̄s
beatius eterne vite mūdus edidit q̄z quos
mōo maternoꝝ visceꝝ partus effudit. hec
Aug. q̄ merita innocentū elegantissime ꝑ/
orauit. ¶ Secūdus modus dicēdi ē alioꝝ
q̄ tenuerūt q̄ in inocentibꝫ miraculose ac/
celeratus fuit vsus liberi arbitrij: ita q̄ vo
luntarie passi sunt. Sed cū h̄ nō inueniat̄
in scripturis expressum neq̄z a doctoribus
affirmatum: nō est a vobis ita leuiter acce
ptandū. q̄r vt Hiero. refert in ep̄la a pau/
linū. Q̄ꝫ de scripturis sanctis auctoritatē
nō hꝫ eadem facultate ꝯtēnitur q̄ ꝓbatur.
Et ꝓpterea est tercius modus dicendi ſm
Tho. scd̄a scd̄e. q. cxxiiij. Q̄ꝫ martyrij glo
riam quā in alijs ꝓpria voluntate merent̄ il
li puuli occisi ꝑ dei grām sunt assecuti. naꝫ
effusio sanguinis ꝓpter xp̄m vicē gerit ba/
ptismi: Vñ sicut pueris baptisatis ꝑ grāꝫ
baptimalē meritū xp̄i opat̄ ad gl̄iam obti
nendā. Ita in occisis ꝓpter xp̄m: meritum
xp̄i opat̄ ad palmā martyrij obtinendam
Et h̄ est qd̄ Aug. dicit in q̄dam ſmone: q̄
alloquens innocentes. Illi inq̄t de vīa co
rona dubitabit in passione ꝓ xp̄o q̄ etiam
paruulis baptismū ꝓdesse nō extimat: nō
habebatis etatē q̄ in xp̄m passuꝝ crederetꝫ
sed habebatis carnē in qua ꝓ xp̄o passuro
passionē sustineretis. hec ille. Cū itaq̄z vi/
derimus hos ꝑulos felicissimos celicolas
esse factos: q̄r ꝓpter xp̄m passi sunt. eos ita
veneremur vt etiā ꝓ dño iesu xp̄o simul cū
eis pati nō timeamus. Qui ꝓ se laboran/
tes exaltat in fine ꝛ beatos facit in regno
glorioso celoꝝ: in q̄ viuit ꝛ regnat ꝑ infini/
ta secula seculoꝝ. Amen.

¶ Sermo. li. de beato Georgio martyre q̄
fortꝫ fuit in bello tp̄ali ferali ꝛ passionali.

Fortis fuit in bello.
Scribunt̄ hec verba origi/
nalr̄ Eccl. xlvi. cap. Gaudet
in celis beatissimus Georgi
us q̄m legitime certauit in terris. Corona
quippe victoribꝫ dat̄: vt inq̄t Aug. in ome/
lia. ꝛ h̄ paulus exp̄ssit. i. ad Thimo. ij. ca.
Non coronabit̄ inq̄t nisi q̄ legitime certa/
uit quāta ꝓ xp̄o fuerit Georgij ꝓbitas ꝛ ani/
mi fortitudo declarat Ambrosius in p̄fa/
tione: vbi ait georgius fidelissimus miles
xp̄i dū xp̄ianitatis ꝓfessio silentio tegeret̄:
solus inter christicolas dei filiū est ꝯfessus
cui ꝛ tantā fidei ꝯstantiā grā diuina ꝯces/
sit: vt tyrānice ꝑtātis p̄cepta ꝯtemneret ꝛ
inumerabiliū nō formidaret tormenta pe/
naꝝ. hec ille. Verūtñ vt virtutū eius ꝛ san
ctitatis excellentiā diffusius explicemus i
p̄nti ſmone curabimus aperire. in q̄bꝫ bel
lis inclitis hic p̄liator fortis inuētus est et
victoriosus. Nam licꝫ v̄ba ꝓposita de Jo
sue dicant̄ ad l̄ram: tñ appropriate ꝯueni/
re p̄nt sancto Georgio xp̄i militi inuictissi/
mo. qui fortis fuit in triplici bello.
¶ Primo in bello tp̄ali.
¶ Secundo in bello ferali.
¶ Tercio in bello passionali.

¶ Qualiter beatus Georgius miles fuit
strennus. Et an sit licitū militare. atq̄z de
duodecim ꝯditionibꝫ quas habere debent
hi qui volūt laudabiliter militiā exercere.

Capl'm. I.

Primo beat⁹ Georgi⁹
fuit fortꝫ in bello tp̄ali. deſuiuit
q̄ppe laudabiliter exercitio mi/
litari. Vnd̄ interrogatus a datiano p̄side
vnde esset aut q̄ noīe vocaret̄. Rñdit Ge/
orgius vocor ex nobili capadocū ꝓsapia ꝛ
palestinā xp̄o fauente deuici: sed oīa deser/
ui: vt ſuire possim liberius deo celi. Sꝫ in
hac ꝑte q̄reret aliquis: vtrū peccatū sit mi/
litare. Ad qd̄ rñdet Aug. li. de verbis dñi.
Et ponit̄. xxiij. q. i. ca. militare. Militare
inquit nō est pcm̄: sed ꝓpter p̄dam milita
re peccatū est. Et idē ad Bonifaciū. ꝛ no
ta. xxiij. q. i. ca. noli. Noli extimare neminē
deo placere posse: qui armis bellicis mini
strat. In his erat sanct⁹ dauid cui dñs tā
grande ꝑhibuit testimoniū. In his etiam
plurimi illius tēꝑis iusti. In his erat ille
centuri qui dño dixit. Non sum dignus vt
intres sub tectū meū. Et idem ꝯtra mani
cheos. ꝛ habet̄. xxiij. q. i ca. q̄d culpat̄. xp̄s
tributa cesari monet reddi. q̄r ꝓpter bella
necessaria militi stipendiū p̄bet̄. Et de h̄
ita scribit̄. xxiij. q. i. ca. paratus. in fi. Nam
si xp̄ana disciplina oīa bella culparet: hoc

potius ꝯsiliũ salutis petentibꝫ in euãgelio
diceret: vt abiijcerent arma seqꝫ oĩno mili/
tie subtraherent. dictum est aũt eis. nemi/
nẽ ꝯcusseritis. Estote ꝯtenti stipẽdijs vr̃is
Quibus ꝓpriũ stipendiũ sufficere p̃cepit
debere militare vtiqꝫ nõ ꝓhibuit. Glo. su/
per illo verbo ꝯcusseritis. Concutere ẽ ali
quid petere vltra debitũ rõne officij alicu/
ius. Notandũ tñ ꝙ volens debite ꝛ lauda
biliť exercere: duodecim dꝫ ꝯditiões h̃re.
¶ Prima diciť laicalis status.
¶ Secunda virilis sexus.
¶ Tercia dispositum corpus.
¶ Quarta affectus iustus.
¶ Quinta animus magnus.
¶ Sexta p̃uium exercitium.
¶ Septima victus sobrius.
¶ Octaua ꝓmptum obsequium.
¶ Nona fidelitas firma.
¶ Decima prudentia circũspecta.
¶ Undecima misericordia benigna.
¶ Duodecima sup̃na ꝯfidentia.
¶ Prima ꝯditio dr̃ laicalis status. Nam
clericis ꝛ alijs ad cultũ diuinũ deputatis
interdiciť vsus ꝛ officium artis militaris
Sicut pꝫ. xxiij. q. viij. ca. i. vbi dr̃. Cũ petrꝰ
q̇ p̃mus aplõꝝ materialẽ gladiũ vellet ex
ercere vt magistrũ a iudeoꝝ iniuria defen
deret: audiuit. ꝯuerte gladiũ tuũ in vagi/
nã. Idẽ ꝯfirmať eadẽ causa ꝛ q̃stione. ca.
cũ a iudeis. ca. nõ pila. ca. clerici. ca. q̇cũqꝫ.
Et di. l. ca. clericũ. dr̃. Non ꝯuenit militibꝫ
ecclesie militare seculo. Rõ est s̃m Tho.
scd̃a scd̃e. q. xl. qꝛ in militari arte multa est
inquietudo ꝯtraria clericali officio: ita ꝙ
nõ sunt compatibilia. ꝓpterea dixit apl̃s.
ij. ad Thimo. ij. ca. Nemo militans dõ im
plicet se negocijs secularibꝫ vt ei placeat cui
se ꝓbauit. Qđ dictũ poniť. lxxx. di. ca. ꝯse/
quens. Et. xvi. q. i. ca. sunt nõnulli. Et. xxi.
q. iij. ca. placuit. Et. xxiij. q. viij. ca. rep̃hen/
sibile. ꝛ extra ne cle. vel mo. c. multa. ꝛ ca. sꝫ
nec. Notandũ tñ s̃m Tho. ꝛ Alex. de ales
in. iij. volũine sũme. qꝛ lꝫ clerici nõ possint
nec debẽt pug̃re manu: p̃nt tñ in casu pug̃/
re nutu: iussu: ľ auxilio. sic ꝓbať. xxiij. q. viij
ca. igiť. ꝛ ca. scire nos op̃tet. ꝛ ca. oĩ timore
in ca. hortatu. dr̃. Hortatu ꝛ p̃cibꝫ adriãi
romani vrbis epi. Exhortatꝰ karolus rex
bellũ ꝯ longobardos suscepit. Et in ca. vt
p̃dẽ h̃r. ꝙ btũs Grego. ciuibꝫ tuscie mãda/
uit: vt ꝯ longobardos arma pararẽt ꝛ mi/
litibꝫ stipendia decreuit. Nõ solũ pugnare
sꝫ etiã arma deferre interdictũ est clericis.
vt pꝫ ď vita ꝛ ho. cle. ca. clerici. vbi dr̃. Cle
rici arma portãtes excõicenť. glo. tñ ibi dic̃
ꝙ si transitũ faciũt ꝑ loca ꝑiculosa tũc por
tare p̃nt arma: ad terrorẽ latronũ: lꝫ ꝑcute
re nõ debeãt nisi vim vi repellendo cũ mo
deramine iculpate tutele. ¶ Scd̃a ꝯditio
eiꝰ q̇ militiã hꝫ debite exercere dr̃ virilis se
xus. q̇ eñ vult militare vir esse dꝫ: nõ mľer
eo ꝙ mulieribꝫ ꝯditio nõ est apta bellicis
artibꝫ: sunt nãqꝫ mulieres pauide: timide:
molles ꝛ delicate: nec sufficiũt ferre labores
qui requiruntť in p̃liantibus. Uerũtamen
q̃nqꝫ inuente sunt alique mulieres belli/
cose ꝛ strennue satis. Judith quidem vi/
dua vt scriptura sancta tradit. trũcauit ca
put holofernis. Panthasilea amico regi/
na in auxilium troyanorum venit. multa/
qꝫ in bello cum suis puellis egit strẽnue ac
viriliter dimicando. De thamiri massage
tarum regina scribunt Justinus ꝛ Oro/
sius. ꝙ nõ muliebriter quando Cirus bel/
lum sibi intulit: aduentu hostium territa
est. Nam cum ꝓhibere ipsos transito ara/
xis fluminis posse transire ꝑmisit: sperans
sibi faciliorẽ victoriam inter terminos sui
regni: ꝛ hostibus fugam difficiliorem ob/
iectu fluminis. Et cum Cirus flumen ꝑ
transisset firmassetqꝫ aliquantisper castra
simulatu metu: quasi fugiẽs instructa ca/
stra vino epulisqꝫ deseruit. Quod cum re/
gine denũciatum foret. adolescentulum fi
lium ad sequendum eum cum tercia par/
te copiarum misit. Adolescens autem rei
militaris ignarus cum venisset ad castra
tanq̃ ad epulas: nõ ad prelia omissis ho
stibus ꝓrupit ad crapulas. Cirus autem
per exploratores edoctus nocte reuertitur
cunctosqꝫ cum regine filio interfecit. At vi
rago thamiris: perdito vnico filio ꝛ mili/
tantium magna parte: non lachrymis sed
hostium sanguine cogitat iniurias vindi
care. simulata igitur differentia ꝓpter vul/
nus recenter acceptum. Cirum semper re/
fugebat quousqꝫ hostem in insidias tra/
xit vbi dispositis in insidijs inter mon/
tes ducenta milia persarum cum rege

deleuit. adeo q nec tāte cladis nūcius sup
fuerit. Cirice caput amputatū in vtre hu
mano sanguine pleno reponi iussit dicens
satia te sanguine hūano quē triginta ānis
sitisti. sanguinē sitisti: sanguinē bibe. Nar
rat insup Ualerius maximus li. ix. rubri/
ca de ira dicens. Q̄ semiramis assirioꝝ re
gina cū ei circa cultū capitis sui occupate:
nūciatū esset babiloniā defecisse altera p/
te criniū adhuc soluta ꝓtinus ad eā expu/
gnandā cucurrit: nec p̄us decorē capillorū
in ordinē q̄ tantā vrbē in ptātē redegit: q̄
circa statuta ē in babilo. nec posito illo ha/
bitu q̄ ad vltionē exigendā celeritate p̄ce/
pti tetendit. Sed cū ista rara in mulierib
sint reperta respectu tot belloꝝ: q̄ gesta sūt
in mōdo nō sunt trahenda in ꝯsequentiam
¶ Tercia ꝯditio illius qui militiā ꝟtuose
hȝ exercere dr̄ dispositū corpus. Non em̄ li
cet militiā assumere his q̄b corpa sunt de
licata: q̄ vt inquit Hiero. ad demetriadē
virginē. Statim corpa delicata frangūt.
oportȝ ḡ milites esse robustos: vt ferre pos
sint famē: sitim: frigus: calores: z sīlia. Jō
Uegetius li. i. de re militari ait. Nūq̄ cre/
do potuisse dubitari aptiorē armis rusticā
plebem q̄ in labore nutrit: solis ardorē pa/
tiens. vmbre negligēs. balneoꝝ nescia: de
liciaꝝ ignara. simplici animo: paruo ꝯten
ta: duratis ad oēm maloꝝ tollerantiā mē/
bris: cui gestare ferrū ducere fossam: onus
ferre: ꝯsuetudo de rure est. Et seneca ad lu
cillū ait. Nullū laborem recusant manus
que ad arma ab aratro trasferunt. q̄snam
explicet quot laborib quatiunt. Persepe
hi q̄ ad bella se ꝯferūt. si q̄s hō scire velit le/
gat cesaris: pompei: scipionis: lucilli. mar/
ci anthonij. z alioꝝ gesta: imo interrogent
eos q̄ nostris tpibus sub his q̄ in reb bel/
licis florētissimi fuere militauerūt. dicant
ipsi quot noctes duxerūt in somnos: q̄t die
bus nō gustauerūt panē: quotiens exigēte
necessitate asperrima frigora: caloresq̄ in/
tensos ptulerūt. Recitat frontinus de re
militari scipionē emilianū in itinere cum
amicis ambulantē accepto pane vesci soli
tum. ¶ Quarta ꝯditio dr̄ affectus iustus.
militandū q̄dez est ꝓ iusticia. scȝ ꝓ patria
vel vtilitate rei publice. Nam vt ait Tul/
lius lib. i. de officijs. Bellū ita suscipiat vt

nihil aliud nisi pax queri videat: nō debȝ
miles finē suū ꝯstituere lucrū tpale: aut ꝓ
priū cōmodū sȝ cōmune bonū. Propterea
Ualerius li. iiij. rubrica de abstinētia cō/
mendat: curiū q̄ ꝯsul factus cōtra samni/
tes ab ipsis auro deuinci tēptatus est. Nā
dū scamno sederet ligneo legatis samnitū
vt erat se spectandū p̄buit: q̄ pauptatē ei
mirati magnū pondus auri publice missū
benignis verbis hortari sunt recipere. risit
ille z ait. carū vobis z mihi supuacuū. me/
tallū in patriā reportare: nō em̄ hr̄e auruȝ
mihi p̄ciosum existimo sed auꝝ hn̄tib im
perare. ¶ Quinta ꝯditio dr̄ animus ma/
gnus. vt em̄ inq̄t Salustius in catillinario
Semp in bello his maximū est pículuȝ q̄
maxime timent audacia ꝓ muro habet. ex
hoc Seneca li. iij. de q̄stionib naturalib
ait. Nullus pnitiosior hostis est: q̄ quem
audacē angustie faciūt. Et Uegetius li. i.
de re militari ait. Hoc ē in quo totius rei
publice salus ꝯsistit: vt tirones nō tm̄ cor
poralib: sed etiaȝ animis p̄stantissimi eli/
gant. Et q̄dem cauendū est ne dubitantē
formidantēq̄ exercitū ad pugnā publicaȝ
aliq̄n pducas. Et ibidē vegetius sequitur
Ipsa die q̄ certaturi sunt milites q̄d senti
ant diligenter explora. Nā fiducia vel for
mido ex vultu: verbis: incessu: morib cer/
nit z noueris te oportere differre si exerci/
tati bellatores metuūt dimicare. ¶ Sexta
ꝯditio ē preuiū exercitiū s̄m em̄ q ait Cas
siodorus li. i. eplaꝝ. Ars bellandi si nō p̄lu
dit: cū fuerit necessaria nō habet. Et h̄ Ue
getius refert. In omi p̄lio nō tā mltitudo
z virtus: q̄ ars z exercitiū solet p̄stare vi/
ctoriam. hoc vtiq̄ declarant nobis exēpla
Scribit frontinus lib. iiij. de re militari. q
domitius corbulo duab legionib z pau/
cissimis auxilijs disciplina correptis pan/
thos substrauit. Alexander macedo q̄dra
ginta milib hoim iam ante a philippo pa
tre discipline assuefact: orbē terraꝝ agres
sus inumeras hostiū copias supauit. Cir
bello aduersus persas. xiiij. milib armato
rū inumerabilē exercitū fudit. Lucul ad
uersus mitridatē z tigrauem cū q̄ndecim
milib armatoꝝ hostiū innūerabilē multi
tudinē inhabilē debellauit. Epaminūdas
dux thebanoꝝ q̄tuor milib hoim ex quib

quadringenti tm̄ equites erāt lacedemo/
nioꝝ exercitū vigintiq̄ttuoꝛ miliū peditū:
equitū miliū sexcentoꝝ vicit. Hinc ē ꝙ ve
getius ait Nulla alia re videmus ꝑplm ro
manū oꝛbē subegisse terraꝝ nisi armoꝝ ex
ercitio disciplina castroꝛum vsuq̄ʒ militie.
¶ Septima ꝯditio dꝛ victus sobꝛius. dn̄t
milites esse sobꝛij ꝛ temperati: neq̄ʒ licet eis
incōtinenter ꝛ lasciue viuere. ꝓpterea va le
rius maximus li. ij. de disciplina militari
ꝯmendat Quintū cecliū metellū qui ad/
uersus iugurtā a romanis missus oīa que
vires possent effemiare bellanti de exerci/
tu remouit. Et frontinus li. i. de re milita/
ri scipionis. ꝯtinentiā magnificat dicens.
Scipio africanus in hispania cū inter ca
ptiuas eximie foꝛme virgo nobilis ad eū
esset perducta: q̄ oīm oculos in se ꝯuerte/
bat sūma custodia habita sponso reddi/
dit. Insuperq̄ʒ aurū qđ parentes eius re/
dempturi: captiuā scipioni attulerāt eidē
sponso pꝛo nuptiali munere dedit. Qua
multiplici gr̄a vniuersa gens victa impe/
rio populi romani accessit. ¶ Octaua ꝯdi
tio dꝛ pꝛomptū obsequiū nihil vtiq̄ʒ mili/
tibꝫ est ita necessariū: sicut pꝛompta obedi
entia: qm̄ vbi nō est obedientia nō est oꝛdo
Et vbi nō est oꝛdo ibi ꝯfusio. Ideo Aug⁹
li. v. de ciui. dei narrat illud qđ ponit vale
rius. qualiter mallius toꝛquatus ꝯsul mis
sus ꝯ tusculanos pꝛecepto edixit. ne quis
extra oꝛdinē pugnaret in hostem. q̄ cum o/
raturus rei gr̄a in pꝛetoꝛio esset: filius eius
in castris remanēs: a tusculanoꝝ duce in/
iurijs fuit pꝛouocatus ad iram a quo tan/
dē audiuit. Tuipē ꝯgredere mecū: vt mō
iam hic euentu cernat̄: q̄ʒtum latinus eq̄s
pꝛestet romano: q̄ verbis pꝛouocatus atq̄ʒ
imperij p̄ris oblitus ad bellū ingreditur ꝛ
hostē interfecit spolijsq̄ʒ detractis ad p̄reʒ
accessit dicēs. vt me p̄ oēs tuo sanguine
natū referāt: hec spolia capta ex hoste ceso
poꝛto qđ vt p̄ cognouit ꝯsilio ꝯuocato eū
moꝛti tradidit. sic inquiēs. Qn̄ neq̄ʒ im/
periū ꝯsulare: neq̄ʒ maiestatē paternā veri
tus aduersus edictū nr̄m extra oꝛdinē pu/
gnasti: q̄ʒtum in te fuit disciplinā militarē
q̄ stetit vsq̄ʒ ad hanc diē res romana solui
sti: meq̄ʒ in eā necessitatē adduxisti vt aut
reipublice mihi: aut mei meoꝛūq̄ʒ obliui/
scendū sit: nos poti⁹ nr̄o delicto plectemur
q̄ʒ respublica tanto suo dāno nr̄a pctā luat
mādauit igit̄ lictoꝛi vt ipm moꝛti traderet
qꝛ tutius erat ipm interficere: q̄ʒ rempubli
cā militari disciplina carere. ¶ Nona ꝯdi
tio dꝛ fidelitas firma. debēt milites esse fi/
deles etiā inimicis: dū eis quicq̄ʒ ꝓmittit̄
Vn̄ Aug⁹. xxiij. q. i. c. noli ait. fides qn̄ pꝛo
mittit̄ etiā hosti seruāda est. Et de hoc sa/
tis ꝯmēdant̄ antiqui romani: q̄ etiā suis
inimicis fidelissimi erāt. Vn̄ Valerius li.
vi. rubꝛica ꝺ iusticia. dicit camillo faliscos
obsidenti ludi magister liberos faliscoꝛuʒ
tanq̄ʒ ambulandi eā extra murū eductos
tradidit dicēs repetendis obsidibꝫ necessa
rio ciuitatē imperata facturā. camillus n̄
solū spꝛeuit ꝑfidiā sʒ etiā restrictis post ter
ga manibꝫ: magistruʒ virgis agendū: ad
parētes tradidit: sic adeptus beneficij vi/
ctoꝛiā: quā fraude nō ꝯcupierat. nā falisti
ob hanc iusticiā se ei sponte dederūt. mul/
ta etiā valerius refert de fidelitate roma/
noꝝ ac de fide publica. ¶ Decima ꝯditio
dꝛ pꝛudētia circumspecta. debent milites
magis pꝛudentie q̄ʒ viribꝫ coꝛpis inherere
qꝛ ingeniū supat vires. ꝛ maxie pꝛudentia
illis vtendū est. qꝛ vt dicit Valerius de di
sciplina militari Nihil tam turpe inducit̄
in milite q̄ʒ dicere: nō putabā. eo ꝙ cū oīs
erroꝛ emēdationē recipiat. erroꝛ q̄ in bello
ꝯmittit̄ emendationē nō recipit sʒ erroꝛē
martis statim sequit̄ penitētia. ¶ Vnde/
cima ꝯditio dꝛ misc̄dia benigna. decet ꝙp
pe milites eē clemētes atq̄ʒ benignos qm̄
crudelitas vitiū est satis contrariū huma/
ne ꝯditiōi. Ideo Aug⁹. li. i. de ciui. dei dic̄
de romanis. ꝙ amabāt sibi in laudibꝫ dici
parcere subiectis ꝛ debellare supbos. Et
li. v. laudat clementiā marci marcelli. E/
gregi⁹ inq̄t romani nois marcus marcel/
lus. q̄ siracusas vꝛbē oꝛnatissimā cepit fert̄
eam pꝛius fleuisse ruiturā ꝛ ante eius san
guinē suas illi lachꝛymas effudisse. gessit
ꝛ curā pudicitie etiā in hoste seruāde. naʒ
pꝛiusq̄ʒ opidū victoꝛ iussisset inuadi ꝯstitu
it edicto. ne q̄s coꝛpus liberꝝ. violaret. Qđ
exemplū ponit̄ a valerio li. v. rubꝛica ꝺ hu/
militate clementia. ¶ Duodecima ꝯditio
dꝛ supna ꝯfidentia in deo nāq̄ʒ fiducia mi
litū est collocāda. qꝛ vt dixit iudas macha

deus.ij. Machabeoꝝ.iij.ca. Nō in multi
tudine exercitus victoria belli.ſ3 ď celo for
titudo eſt. Cum his itaq3 ꝯditiōib9 vt va/
leri9 refert diſciplina militaris ē precipuū
decus ⁊ ſtabilimentū imperij ⁊ tenaciſſi/
mū vinculū ⁊ pacis tutela firmiſſima. Et
de hac ait Amb.li.i.de offi.illď qď no.xxiij
q.iij.ca.fortitudo Fortitudo q̄ bello patriā
tuet̄ a barbar3 vel domi defendit infirmoſ
vel a latronib9 ſocios plena iuſticia ē. Igit̄
beatiſſimus georgius militie tꝑali lauda/
biliter deſeruiuit quouſq3 ad ſpūalē mili/
tiā longe meliorē ſe tranſtulit.

¶ Qualiter draco eſt aīal terribile ⁊ quō beatus georgius occiſo dracone ꝯuertit populū ad fidem xp̄i. Ca.II.

SEcundo beatus Geor
gius fuit fortis ī bello ferali. dū
ſ.ferā peſſimā draconē ingentē3
virtuoſiſſime ſugauit. tū vt pars iſta clari
or ſit tria ꝯſideramus.

¶ Primū eſt draconis ꝯditio.
¶ Scđm draconis offenſio.
¶ Tertiū draconis occiſio.

¶ Primū qď ꝯſiderare debemus eſt draco
nis ꝯditio. Inquit em̄ Iſiď.li.xij.ethi.dra
co maior eſt cunctis ſerpentib9: ſiue oīb9
aīantib9 q̄ ſunt ſup terrā qui ſepe a ſpelun
cis abſtractus fert̄ in aerē ꝯcitaturq3 ꝓpter
eum aer. Eſt aūt criſtatus ore paruo ⁊ ar/
tis fiſtulis vim aūt nō in dentib9 ſ3 in cau
da habet. gignit̄ aūt in ethiopia ⁊ in india
in ipō incēdio iugis eſtus. Et vt refert pli
nius li.viij.de naturali hyſtoria ca.xiij.dra
co.xx.cubitoꝝ. magnitudine naſcit̄ apud
ethiopes. Et ca.xij.aſſerit ꝙ inter elephan
tes ⁊ dracones ꝑpetua eſt dimicatio. Nā3
draco cauda ꝯſtringit elephantē ⁊ cade/
re eū facit ſ3 nō impune q2 dū interficit ele
phantē interficit̄ caſu eius. Sup illū autē
locū Hieremie.xiiij.ca. attraxerūt ventū ſi/
cut dracones. Hiero9 ait. draco eſt aīal val
de ſitibundū intantū ꝙ vix pōt in aqua ſa
tiari. Et ideo apꝑit os vento vt ſic extin/
guat ardorē ſitis vnde cum videt nauim
in mari. ⁊ maximus eſt ventus ꝯtra velū.
vt ibi hauriat ventū frigidū volat ad ve/
lum. ⁊ qn̄q3 ꝓpter magnitudinē corporis ⁊
ꝓpter fortē eius impetū ſubuertit nauē. et
naute qn̄ videt appropīquare draconē: qď
percipiūt ex tumore aque: ſtatim deponūt
velū ⁊ ſic euadunt. Idē dicit Solinus ad
dens ꝙ ethiopes vtunt̄ ſanguine dracōis
ꝯ feruorē eſtus: veſcunt̄ etiā carnib9 eius ꝯ
diuerſos morbos. Sciunt em̄ ſeparare ve
nenū a carnib9 eius.nā ſolū habet venenū
in lingua ⁊ in felle. Et iō amputant ei lin/
guā ⁊ fel: q̄ receptiua ſunt veneni. ⁊ ſic ab/
ſtracto veneno vtunt̄ corꝑe reliquo tam in
medicina q3 ī cibo. ⁊ hoc videt̄ tangere da
uid cum dicit. Dediſti eum eſcā ꝑplis ethi
opum. Addit Plinius ꝙ vi veneni ſemꝑ
erigit̄ eius lingua. ⁊ qn̄q3 ex calore veneni
inflāmat aerē ita ꝙ videt̄ ſpirare ex ſe ignē
Aliquando etiā emittit: dū ſibilat flatum
ꝯtagioſum. Et inde corrumpit̄ aer ⁊ infici
tur ⁊ morb9 peſtilens inde generat̄. in ma/
ri qn̄q3 habitat: qn̄q3 in fluminib9 natat. ī
ſpeluncis ⁊ antris latitat: raro dormit imo
ſemper vigilat: aues ⁊ beſtias deuorat: ac/
cutiſſum habet viſum vnde a remotis vi/
det predā ſuā. Et licet vera ſint iſta oīa. tū
quo ad magnitudinē neſcio an draco reli/
quos ſerpentes ſuꝑet. Nam Plinius pre/
tacto lib.viij.ca.xiiij.inquit. Megaſtenes
ſcribit in india ſerpentes in tantā magni/
tudinē adoleſcere vt ſolidos hauriāt cer/
uos thauroſq3. Aulugelius inſup lib.vi.
noctiū acticaꝝ ait. Tubero ī hyſtorijs ſcri
ptum reliqt bello p̄mo punico. Attiliū re/
gulū conſidē in africa caſtris ad pra bugu
dam flumē poſitis preliū grande atq3 acre
feciſſe aduerſus vnū ſerpentē in illis locis
ſtabulantē inuſitate īmanitatis: cūq3 ma/
gna totius exercitus ꝯflictione baliſtis at/
q3 catapulis: diu oppugnatū eiuſq3 inter/
fecti longiū coriū: pedes centū ⁊ viginti ro
mā miſiſſe: ſ3 quicqd ſit negari nō pōt ma
gnitudo ⁊ īmanitas draconū ſicut patet n̄
ſolū relatu ſapietū: verūetiā experiētia re/
rum geſtaꝝ. ¶ Scđm qď ꝯſiderare debe/
mus ē draconis offenſio. inuenit quidē ge
orgius draconē quendā populos grauiſſi
me offendentē. nā dum perueniſſet ad pro
uinciā libie: ad ciuitatē q̄ ſileita dicebatur
ſe conferebat. Et vt ſcribit Iſidorus. xiiij.
ethimo.li. Libia cirenenſis in partes afri/
ce prima eſt: a cirene vrbe metropoli que ē
in eius finib9 nuncupata. huic ab oriente

egyptus est:ab occasu sirtes maiores ⁊ tro
godite:a septentrione mare libicū:a meri/
die ethiopia ⁊ barbaroꝝ varie nationes ⁊
solitudines inaccessabiles:que etiā basili/
cos serpentes creant. Iuxta igit̄ ciuitatem
pretactā sileitam erat stagnū instar maris
in quo draco pestifer latitabat:qui sepe po
pulum ꝯtra se armatū in fugaȝ vertebat:
flatuq̄ȝ suo ad muros ciuitatis accedens
plurimos occidebat:quapropter cōpulsi
ciues duas oues quottidie sibi dabant:vt
ita eius furorē sedarēt. Cum ḡ iam oues
pene defecissent:inito consilio ouē cum ad
iuncto homine tribuebāt. Cum ergo sorte
filij ⁊ filie omniū darent̄ ⁊ sors neminē exci
peret. Quadā vice filia regis vnica sorte
est deprehensa ⁊ draconi adiudicata:hanc
dum pater liberare nō posset ꝓpter furorē
populi:induit eam vestibꝫ regalibꝫ ⁊ am/
plexatus eam cū lachrymis ⁊ singultibus
ad locū deputatū accedere dolens permi/
sit. Nec incredibile videri debet:potuisse
draconē ciuitatē vnā ita grauiter obside/
re vt cogerent̄ ciues hominū corpora sibi
tradere quādo certū est nescimus quo dei
iudicio:ciuitates ⁊ gentes a minimis aīa/
libus fuisse deletas. Refert nāq̄ȝ Plinius
libro. viij. de naturali hystoria. A cunicu/
lis suffossum in hispania opidū. A talpis
in thesalia a ranis ciuitatē in gallia pul/
sam a locustis in africa. ex giaro cicladū in
sula amidios a muribus fugatos. in ita/
lia amidas a serpētibꝫ delatas. citra cina/
mulgos ethiopes late deserta regio ē a scor
pionibꝫ ⁊ solipigis gente sublata ¶ Tertiū
qđ ꝯsiderare debemus est draconis occisio
dum eñ beatus georgius approxinquasseȝ
ad locū in quo puella draconē prestolabat̄
forte ligata vel aliquo mō ꝯstricta. inter/
rogata quid ibi sola faceret:cur ve amaris
sime fleret. illa factū retulit. Cui beat⁹ geor
gius. noli inquit timere:qr ego te in xp̄i no
mine adiuuabo. Et dū hec loquerent̄. Ec
ce draco veniens caput de aqua leuauit.
Tunc georgi⁹ equū ascendēs ⁊ signo cru/
cis se muniēs draconē ꝯtra se venientē au
dacter aggredit̄:⁊ lanceā fortiter vibrās:⁊
se deo ꝯmēdans ipm grauiter vulnerauit
⁊ ad terrā deiecit. dixitq̄ȝ puelle:proijce zo/
nā tuā in collū draconis nihil dubitans fi/
lia. Qđ cū fecisset sequebat̄ eā velut man/
suetissim⁹ canis. Cum ḡ ppl's ciuitatis ter
reret̄ nimiū a btō georgio ꝯfortatus ē. Et
cū fidē xp̄i plurimū ꝯmēdasset. Rex ⁊ oēs
ppl'i baptizati sunt. beatus aūt georgius e
uaginato gladio draconē occidit. quem ex
tra ciuitatem efferri precepit. Baptiza/
ti sunt autē illa die viginti milia hoīm ex/
ceptis paruulis ⁊ mulieribꝫ. Rex aūt ī ho/
nore btē marie ⁊ beati georgij ecc̄iam mi/
re magnitudinis ꝯstruxit.

¶ Qualr̄ beatus georgius forti aīo tulit
seuissimos cruciat⁹. ⁊ tandē capitꝫ obtrun
catiōe martyr effectus ē. Ca. III.

TErtio beatus Georgi
us fuit fortis in bello passionali
nam ꝓpter xp̄m asperrimos cru
ciatus tormētaq̄ȝ īmanissima passus ē. iō
ab ecc̄ia martyriū eius venerabiliter cele/
brat̄. De q̄ in martyrologio sic scribit̄. In
perside ciuitate diospoli:passio sancti geor
gij martyris cuius gesta passiōis. ⁊ si inter
apocrifas ꝯnumerat̄ scripturas tamē illu/
strissimū eius martyriuȝ ecclesia dei inter
coronas martyriū venerabiliter honorat.
Fuit aūt vt ponit̄ in eius legenda marty/
rio coronatus imperantibꝫ diocletiano et
maximiano. Suo tempore seuissima erat
ꝑsecutio xp̄ianoꝝ. Beatus itaq̄ȝ georgi⁹
militari habitu abiecto:publice se xp̄ianū
verbo ⁊ opere demōstrabat. Qua de re da
tianus preses ꝯtra eum indignatus iussit
eum in eculeū leuari:⁊ mēbratim corpus
eius vngulis laniari. Appositis insup ad
latera facibꝫ patentibꝫ viscerū intimis sale
plagas eius fricari iussit. sed cum in fide
cōstans ⁊ īmobilis permaneret:nocte xp̄i
dulci visione confortatus est. videns vero
datianus ꝙ eum superare nō posset quen/
dam maleficū cum aduocauit. qui bis ve
nenū bibendū georgio propinauit. Quod
vtiq̄ȝ signo crucis facto sine lesione bibit.
quare magus ille ad christū conuersus:
christianū fieri se postulauit. Quē mox iu
dex decollari fecit:seq̄nti die iussit georgiū
poni in rota bis acutis gladijs vndiq̄ȝ cir
cūsepta. Sed statim rota frangitur ⁊ geor
gius inuenitur illesus. Tunc iratus iussit
eū in sartaginē plumbo liquefacto plenaȝ

proíeci:q̄ remisso signo crucis in eā intrauit
in q̄ stetit sicut in recēti balneo ꝛ delectabi
li. Extractus inde preside monet̄ blandi/
cijs: vt xp̄o relicto sacrificet idolis. At ge/
orgius ad templū ꝑgere petijt simulās vel
le idolis imolare. Cumqꝫ ibi maxia multi/
tudo ꝓp̄li ꝯuenisset orauit georgius dn̄m
vt templū cū idolis dissiparet. statī ignis
de celo descendēs templū cū idolis ꝛ sacer
dotibꝫ ꝯcremauit. Cumqꝫ post hec datiano
p̄sentaret̄. vxor datiani xp̄ianā se dixit. q̄
iussu viri ꝑ capillos suspēsa ꝛ flagellis du
rissimis cesa emisit spm̄. Tandē georgi⁹
capitis abscisiōe martyriū ꝯsumauit. felix
aūt aīa eius ad celos ꝯscendit vbi in eter/
nū dei iocunda visiōe letabitur atqꝫ cum
xp̄o ꝛ sanctis eius gaudebit in delicijs pa
radisij. Amen.

¶ Sermo. LII. de beato Marco euange
lista. qui leoni ꝓpter dignas illius aníalis
ꝯditiōes. merito assimilat̄.

L[A]cies leonis a dex/
tris ipoꝝ quattuor. Scribū/
tur hec verba Ezech. i. c. licet
oēs euāgeliste loquant̄ de
xp̄o. Tamē q2 mattheus circa ei⁹ huma/
nitatē versat̄. vt habēs faciē hominis pre/
nunciatus est a ꝓpheta. ꝛ q2 Lucas xp̄i ex
primit sacerdotiū faciē bouis habere, dici
tuquod est aīal imolatiuū ſm antiquam
legem. qm̄ vero iohānes diuinitatē xp̄i al/
tius intonauit velut habens faciē aquile
designat̄. Marcus aūt xp̄i regnū ꝛ resur/
rectionē ardenter prenūcians: leoni aīaliū
regi merito assimilat̄. Dicunt̄ ꝟo hi quat/
tuor euangeliste quattuor aīalia. quia ſm
Isid. in. vi. ethi. lib. Per quattuor mundi
partes fides xp̄iane religionis eoꝝ predi/
catione disseminata est. aníalia autē dicta
sunt qm̄ ꝓpter aīam hoīs predicat̄ euan/
geliū xp̄i. Cum igit̄ hodierna die festū be/
ati marci ab ecclesia celebret̄. laudes illi⁹
explorari volentes triplicē eius excellenti/
am: scd̄m tres leonis conditiōes ꝛ proprie
tates explicabimus.

¶ Prima dr̄ viuacitatis.
¶ Scd̄a animositatis.
¶ Tertia gratiositatis.
¶ Qualiter beatus Marcus multos po
pulos viuificauit. euangeliū scribēdo pre/
dicando ꝛ obseruandō. Ca. I.

P[R]Rima excellentia bea
ti marci dr̄ viuacitatis. ꝛ hec ꝺ
notat̄ i ꝓprietate seu ꝯditōe leo/
nis q̄ filiū dormientē excitat ꝛ viuificat.
Nā vt scribit Isid. xij. ethi. li. Cum catul⁹
leonis nascit̄: tribꝫ diebꝫ ꝛ tribꝫ noctibꝫ dor
mire fert̄. tunc deinde pr̄is fremitu vel ru/
gitu veluti tremefactus cubilis locus su/
scitare dr̄ catulū dormientē: sic ꝯtum ad
hoc beatissimus marcus multos pc̄tōres
ꝛ in pc̄tis mortuos excitauit ꝛ viuificauit.
Et hoc tripliciter.
¶ Primo legē euangelicā describendo.
¶ Scd̄o legē euangelicā p̄dicando.
¶ Tertio legē euangelicā obseruādo.
¶ Pr̄io beatus marcus vocauit m̄ltos ad
vitā legē euangelicā describendo. Et hic
tria dubia erūt declarāda. Primū vtꝝ lex
euāgelica oēm aliam legē supet ꝛ excedat
Scd̄m vtꝝ q̄ttuor debuerīt esse legis euā/
gelice p̄ncipales scriptores. Tertiū vtruꝫ
btūs marcus i descriptiōe sui euāgelij po/
tuit errare. Ad p̄mū dubiū rn̄deo ſm nico.
de lyra in ꝓlogo sup Matth. ꝙ cuiuslibet
legis ꝯuenīēter date sīt quattuor ꝯditiōes
Prima ē vitia extirpare. Scd̄a mores seu
actus hoīm ordinare Tertia inducere ad
felicitatē. Quarta lucide tradere veritatē
In his q̄ttuor ꝯditiōibꝫ: lex euāgelica ex/
cedit oēm aliā legē ꝛ diuinā ꝛ humanā vt
patebit ꝑ singula discurrēdo. Prima igit̄
ꝯditio legis ē. ꝙ debet vitia extirpare. Ad
hoc em̄ leges date sunt vt quos priuata ca
stigatio cohibere nō potuit metu penaꝝ q̄
legibꝫ infligūt̄ a maleficijs retrahant̄. Un̄
in prologo decretaliū dr̄. ideo lex proditur
vt appetitus noxius sub iuris regula limi
tetur. Et dis. iiij. c. facte sunt. Isid. ait. Fa/
cte sunt autē leges vt earum metu huma
na cohercea̅t audacia: tutaqꝫ sit inter im/
probos innocētia: ꝛ in ipis improbis for/
midato supplicio refrenet̄ nocēdi facultas
Propter hoc dicit apl's. i. ad Timo. i. cap.
Iusto nō est lex posita sed iniustis ꝛ nō sub
ditis impijs ꝛ peccatoribꝫ sceleratis ꝛ ꝯta/
minatis patricidis ꝛ matricidis homici/
dis ꝛ fornicarijs masculoꝝ ꝯcubitoribꝫ pla

giarijs mẽdacib9 ꝛ periurijs In hac aũt ex
tirpatiõe vitioꝝ lex hũana inueniť defecti
ua:qꝛ nõ ponit oĩa mala cuius rõ est qꝛ lex
cõitati ꝓponiť obseruãda. In cõitate autẽ
pauci iueniunť virtuosi ꝛ ꝑfecti:ꝛ plures i
ꝑfecti ꝛ dfectuosi.iõ sicut pueꝶ aliq̃ ꝑmittũť
q̃ nõ ꝑmitterenť viris ꝑfectis:ita in legib9
que cõitati seruãde imponunť: aliq̃ mala
minora ꝑmittunť vt maiora euitenť. Si/
cut lex ciuilis meretrices in ciuititatib9 ꝑ/
mittit:ne res publice ꝓpter imperfectionẽ
multitudinis:q̃ castitatẽ difficile obserua
re potest. dissentõib9 q̃ ꝓpter libidinẽ insur
gerent ꝯturbeť. vñ dicit Aug9 li. de ordine
aufer meretrices a ciuitatib9 oĩa ꝯturbab
libidinib9. verũtñ ista mala q̃ bono mõ au
ferri nõ possunt:reliq̃t diuino iudicio pu/
nienda. vñ Aug9.i. de li. arbi. ait. Lex ista
q̃ regẽdis ciuitatib9 ferť:multa ꝯcedit at/
q̃ impunita relinq̃t. q̃ per diuinã prouidẽ
tiã vindicanť. Silr lex mosayca diuinit9
data:aliq̃ tñ mala permittit: sicut ꝑmisit
dare libellũ repudij. vt habeť Deutꝫ. xxiiij
ca. ne vxores interficerẽt. Et dare ad vsu/
ram extraneis ne fratres ꝓprios grauarẽt.
Ratio huius fuit qꝛ lex illa data fuit ꝓplo
dure ceruicis ꝛ imperfecto:iõ sunt eis per/
missa aliqua mala minora vt euitenť ma
iora. Propter qd saluator Matth. xix. c.
dicit iudeis de permissione libelli repudij
Ad duritiã cordis vestri promisit vob di/
mittere vxores vr̃as sic g̃ patet q̃ tam lex
humana q̃ mosayca ꝑmittit aliqua ma/
la:ꝛ q̃tum ad hoc est imperfecta. Sꝫ lex
euangelica nullũ malũ permittit tanq̃ ꝑ/
fectissima sed oĩa excludit ꝛ punienda pre/
dicit ꝓpter qd legislator euãgelicus iesus
xp̃s dicit Matth. xij. ca. Dico aũt vobis
q̃ de omĩ verbo ocioso:multo grauius de no
ciuo:qd locuti fuerint hoĩes sup terrã:red/
dent rationẽ in die iudicij. Et si de verbo
mlťo magis de facto. 2° ꝑtinet ad legẽ mo
res seu actus humanos ad bonũ ordinare
vnde dicit phs. ij. ethi. Intentio cuiuslibꝫ
legislatoris est ciues facere bonos in hoc
aũt inueniť lex humana defectiua:quia de
actib9 exteriorib9 tm̃ ordinat. lex aũt diui/
na ordinet actus interiores. Similiter lex
mosayca in hoc deficit. qꝛ vt habeť in glo.
super ep̃lam ad Philipeñ. iij. ca. Prohibe/
bat manũ nõ aĩam. qd dupliciter potest i/
telligi. Uno modo erronee. Et sic intelli/
gebant doctores iudeoꝝ dicentes volun/
tatẽ malã nõ esse peccatũ:nisi aliquo mo/
do exeat in actũ. vt patet per Josephũ. xiij.
li. antiquitatũ. Et quando arguebať ꝯtra
eos. qꝛ scriptũ est Exodi. xx. Nõ ꝯcupisces
vxorẽ proximi tui. respondebãt sic. q̃ hoc ꝑ
cepto nõ prohibeť ꝯcupiscentia vitioꝝ: sꝫ
manifastatio exterior quasi dicat nõ ꝯcu/
pisces. id est signa ꝯcupiscentie nõ facias
vt per amplexus ꝛ oscula ꝯsimilia. Sed
hoc manifeste patet falsum. qꝛ actus exte/
rior nõ habet malitiã vel bonitatẽ moralẽ
nisi inquantũ procedit ab actu interiori ꝯ
sentẽ. exco. ca. cũ voluntate. Alio modo in
telligiť predictũ verbũ scꝫ q̃ lex vetus pro
hibebat manũ nõ animũ:recte ꝛ bene vi/
delicet q̃ lex vetus in paucis prohibebat
animũ ꝛ ꝯcupiscentiã interiorẽ videlicet i
vitio mechie ꝛ auaritie tm̃ Et adhuc lꝫ ꝓ
hibet i istis ꝯcupiscẽtiã:ñ tñ trãsgressorib9
infligebat aliquã penã. Et ideo in talibus
inueniť imperfecta: lex ãt euangelica tan/
q̃ perfectissima generaliter prohibet ꝯcu/
piscentiã malã ꝛ ꝯcupiscentib9 indicit pe/
nam infligendã. Propter quod saluator
Matth. v. c. ait. Audistis qꝛ dictũ est an/
tiquis nõ occides Qui aũt occiderit reus
erit iudicio. Ego aũt dico vob:qꝛ oĩs q̃ ira
sciť fratri suo reus erit iudicio. Et eodem
mõ dicit de alijs preceptis Tertio ad legẽ
pertinet ad felicitatẽ homines adducere.
verũtamẽ lex humana nõ adducit nisi ad
felicitatẽ politicã:que ẽ tranquillus ꝛ pa/
cificus status ciuitatis in vita morali. sed
ad felicitatẽ que post hanc vitã habeť ordi
nat lex diuina qꝛ felicitas illa nõ habeť ni
si per gratiã sui. q̃ dr̃ ad Romanos. vi. ca.
gratia dei vita eterna. hanc aũt gr̃am lex
mosayca nõ dabat sed ad ipam dispone/
bat. ꝓpter qd dr̃ ad Hebreos. vij. ca. Ne/
minẽ ad perfectũ adduxit lex. Sed hanc
perfectionẽ a christo dandam expectabat
fm q̃ scribiť Johãnis. i. ca. Lex per moy/
sen data ẽ gratia ꝛ veritas per iesum xp̃m
facta est. Propter quod saluator in princi
pio euangelice doctrine dicit Matth. iiij
Penitentiã agite appropinquabit enĩ re/
gnũ celoꝝ. Quarto ad legẽ pertinet veri/

tatē plane ⁊ lucide tradere. cuius ratio est
q̄ꝛ lex preponiṫ multitudini in telligenda
⁊ seruāda. in multitudine aūt sunt plures
deficientes ingenio: ⁊ pauci subtiles ⁊ in/
geniosi: ꝓpter qđ lex que multitudini pre/
poniṫ debet veritatē plane ac lucide tradē
re. In hoc aūt inueniṫ lex humana defecti/
ua: q̄ꝛ ibi inueniunṫ multe obscuritates ⁊
perplexitates: qđ patet per legū multitudi/
nem ⁊ varietatē ⁊ mutationē: ⁊ aliquarū
arrogationē. vt patet intuēti iura canoni/
ca ⁊ ciuilia. Siſr in hoc deficit lex mosay
ca: q̄ꝛ in velaminibꝫ ⁊ figuris tradidit ve/
ritatē de agendis ⁊ credibilibꝫ: in cꝰ signū
moyses velata facie loq̄baṫ ad ꝑplm̄ vt ha
betur Exodi. xxiiij. c. ideo apostolus. i. ad
Chorī. x. ca. dixit. Omīa in figura ꝯtinge
bant illis. Sed lex euangelica in hoc inue
nitur perfecta: q̄ꝛ veritas q̄ in veteri testa/
mento latebat occulta per euidentiā facti
facta est manifesta. In cuius signū in pas
sione dn̄i qñ mysteria noue legis fuerūt im
pleta: velū templi scissum est mediū. vt dī
Luce. xxiij. ca. ꝓpter qđ dicit saluator Jo
hānis. xvi. venit hora cum iam nō in para
bolis loquar vobis: sed palam de p̄re an/
nunciabo vobis. ꝓpter predicta quattuor
dī ps̄. xviij. lex dn̄i. i. lex euangelica: que est
dn̄i nostri iesu xp̄i imaculata: q̄ꝛ nullū viti
um permittit: ꝯuertens aīas: q̄ꝛ actus in/
teriores aīe perfecte ordinat ⁊ disponit te/
stimoniū dn̄i fidele: q̄ꝛ ad felicitatē promis
sam efficaciter perducit: sapientiā prestās
paruulis: q̄ꝛ veritatē oīmibꝫ lucide tradi/
dit. facit insup ad huius legis dignitatē le
gislatores excellentia. Nam preest oīmibꝫ
q̄ leges tulerūt. imo cunctis angelis ⁊ ho/
minibꝫ ceterisq̄ creaturis celi ⁊ terre. vt ei
tradit Isiđ. v. ethi. multi fuerūt legis au/
ctores. nam foroneus grecus rex primus le
ges iudiciaq̄ ꝯstituit. Mercurius terme
gistus ꝑmus leges egyptijs tradidit. So
lon primus leges atheniensibꝫ dedit. Li/
gurgus primꝰ lacedemonijs iura ex apol/
linus auctoritate ꝯfinxit. Numa pumpili
us qui romulo successit in regnū primꝰ le/
ges romanis edidit. Deinde cum popu/
lus seditiosos magistratus ferre nō posset
decē viros legibꝫ scribendis creauit: qui le
ges ex libris solonis in latinū sermonem

translatas duodecim tabulis exposuerūt.
Fueṙt aūt hi. Apius. Claudius. Genutiꝰ.
Vecerius. Julius. Manilis. Sulpitius
Sectius. Curatius. Romulus. Postu/
mius. Supradicti tn̄ oīes dn̄o iesu xp̄o:
nec i minimo valēt ꝯparari. Moyses ꝓo
gentis hebree primus oīm diuinas leges
sacris litteris explicauit. verūtn̄ q̄uis ve/
tus ⁊ nouū testamentū sint a deo data. tn̄
vetus fuit datū mediantibꝫ angelis. vnđ
Acṫ. vij. c. Stephanꝰ dicebat iudeis. acce
pistis legē i dispositōe angeloꝝ. Sꝫ nouū
testamentū dedit per seip̄m xp̄s deus pro
nobis incarnatus. ꝓpter qđ Augꝰ in li. de
sermone dn̄i in mōte exponēs illud math
v. Et aperiēs os suū dicit. tunc aperuit os
suū qui in lege veteri aperiebat ora ꝓphe/
tarū. Et hoc est qđ ait apl's ad Heb. i. ca.
Multiphariē multisq̄ modis olim deus
loquēs patribꝫ in ꝓphetis. nouissime diebꝫ
istis locutus est vobis in filio quē ꝯstituit
heredem vniuersoꝝ per quē fecit ⁊ secula.
¶ Scđm dubiū fuit vtꝝ legis euangelice
debueṙt esse quattuor principales scripto/
res. Et dicimus q̄ sic. Et hoc ꝓpter figu/
ram sacramēti: q̄ꝛ iste quaternarius fuit ī
veteri lege multipliciter figuratus Primo
in quattuor fluminibꝫ de paradiso exeun/
tibꝫ. de quibꝫ scribiṫ Gen̄. ij. cap̄. Scđo in
quattuor patriarchis principalibꝫ: a qui/
bus denominata est coria thabeer. i. ciui/
tas quattuor q̄ antea dicebaṫ Ebron. vt
patet Josue. xiiij. ca. Quia quattuor ma/
gni patriarche sunt ibi sepulti cum vxori/
bus. s. adam eua. abraā sara. isaac ⁊ rebec/
ca. iacob ⁊ lia. Tertio in quattuor circulis
arce testamēti. Exodi. xxv. ca. Quarto in
quattuor qedibꝫ mense ꝓpositiōis. Exodi
xxv. ca. Quinto in quattuor cornibꝫ alta/
ris holocaustoꝝ. Exodi. xxvij. ca. Sexto ī
quattor ordinibꝫ lapidum rōnalis. Exodi
xxviij. ca. Septimo in quattuor deambu/
latorijs domus salomonis. iij. Reg. vij. c.
Octauo in quattuor ventis mortuos vi/
uificantibꝫ. Ezech. xxxvij. ca. Nono i quat
tuor faciebus que apparuerūt in rota vna
Ezech. i. cap̄. Decimo in quattuor fabris
cornua hominū deijcientibꝫ. Zach. i. cap̄.
